

TRACTATUS

Theologico-Moralis

DE

SACRIS ECCLESIASTI-
CORUM MINISTERIIS,

Hoc est,

DE

HORIS CANONICIS,

&

MISSÆ SACRIFICIO,

R. P. CASPARO BIESMAN,

Societ. JESU Theologo,

noviter conscriptus.



COLONIAE AGRIPPINÆ,

Apud ARNOLDUM METTERNICH,
propc Augustinianos, Anno 1709.

GN
LO

cleratis

Ib
bu
vir

Ca

atio com
bi, Vir
dam terr
balocor
dicensui
in Catho
teatra fi



IGNATIO *De* LOIOLA,

Societatis JESV Fundatori.

Libellum parvulum de rebus maximis, hoc est, diuinis Laudibus seu Horis Canonicis, & Missæ Sacrificio compendiosè scribentem, Tibi, Vir zelofissime, qui universum terrarum Orbem ingenti tuo zelo complexus es, inscribendum censui: cui, teste Ecclesia, inter Catholicos instaurare pietatem cura fuit; & à quo Sacra-

mentorum frequentia incrementum accepere. Ex Offic. S. Ignat.
 Lect. VI. Tibi, inquam, Vir sanctissime, qui in utroque hoc Angelico, & divino Ministerio omnibus Ecclesiæ Ministris præclarissimo exemplo præluxisti : Horas namque Canonicas tam religiosè & ardenter orabas ; ut præ lacrymarum copia ad singula ferè verba hærere, ac preces interrumperem cogereris ; donec è cœlo concessa tibi facultas, ad libitum fundendi lacrymas aut cohibendi. Ad hæc, ut summam erga augustissimum Missæ Sacrificium reverentiam omnes edoceres, te ultra unius anni spatium primo Sacrificio celebrando præparabas, dumque illud perageres, totus amore Dei inflammatus intus ardebas, & foris lacrymis suaviter

madebas. Imò dum aliquando in-
 ter pias lacrymas orando, ad Sa-
 crificium te parares, menti tuæ
 occurrebat suavissima cogitatio;
 Sacerdotem Altare acceden-
 tem oportere esse instar Angeli
 Dei. Et te sacrificantem verè fuisse
 instar Angeli Seraphini rarissimus
 eventus docuit; quando supra
 caput tuum, dum sacram Hostiam
 offerres ingens flamma emicare
 visa est; V. Nadasi in Hebd. S. Ignatii
 Fer. IV. & V. Ita non uno sane tia-
 tulo hic tibi Libellus debebatur;
 Respice igitur vultu benigno exile
 munis minimi Filii tui, qui se tibi
 veluti amantissimo in Christo Pa-
 renti, obligatissimum profitetur;
 & in exiguo dono, quod filiali af-
 fectu offertur, maximum ac pa-
 ratissimum placendi semper, &
 serviendi animum agnosce. Imi-

cc(o)56

pare Solis amabilem benignitatem, qui grama etiam vilia suo nonnunquam irradiat lumine; aut esto de eorum numero, qui cum sint summi & maximi, ad infima quandoque descendunt; & ex his sublimitatem & altitudinem suam deprehendant. Atque ut eam excelsi animi tui benevolentiam, qui magna semper & grandia pro divina gloria & animalium salute moliebaris, insimus hic Libellus experiatur; unicè vorvet & optat

Tibi devotissimus

C. B. S. J.

PR AE



P R A E F A T I O

AD

L E C T O R E M.

A Mice Lector compendiosum
tibi Libellum exhibeo , qui
Ministeria viris Ecclesiastis-
cis maximè propria , qualia sunt
Floræ Canonicas privatim aut pub-
licè recitare , augustissimum Missæ
Sacrificium debite celebrare , claro
stylo & facili exponit . Totum namque
opus , ad pleniorē totius materie
intelligentiam , divisi in duas par-
tes ; quarum prima agit de Horis
Canonicis : altera in duas sectiones
subdivisa , in prima per diversa ca-
pita sive sub sectiones agit de Eucha-
ristia ut est Sacramentum ; in altera
de eadem ut est Sacrificium . Inve-

nies in parvo hoc opere, raras ac va-
rias doctrinas statui Ecclesiastico
imprimis accommodatas, quibus
addisces munia Ecclesiastica non
modo dignè peragere; verum etiam
diversis dubiis ac scrupulis, qui in
sacratisimis hisce Ministeriis ho-
mini timorato facile occurrunt, te
levi negotio expedire. Erit proinde
hic tibi Libellus instar fidelis Dire-
ctoris, qui in sacris munis tuis a-
genda doceat, & cavenda sollicitè
monstret. Hoc duce dignè ambulabis
vocatione tua, quā vocatus es: &
faciens bonitatem delectaberis in
Domino, dabitq; tibi Dominus peti-
tiones cordis tui. Ps. 36. Vtere igitur
hoc labore meo ad supremi Numinis,
ejusque magnæ Matris ac Virginis
summam gloriam, tueque anima
opratam salutem, & vale.

TRA-

88(9)88

TRA
CTAT
VS
Theologico-Moralis
PARS PRIMA
De
HORIS CANONICIS.

CAPUT I.

Quid sint Horæ Canonicae, & quae
ead recitare piūm ac
laudabile.

Horæ Canonicae di-
cuntur ex preces &
laudes divinæ, quæ
ex præscripto Ca-
nonum Ecclesiasti-
corum certis horis cantari aut re-
citari debent: Et cùm proprium
Ecclesiasticorum munus sit eas
cantare aut recitare, alio nomine
officium Ecclesiasticum dici so-
lent: Ex eo autem, quod ex S.
Scriptura, SS. Patribus, gestis
Sanctorum, &c. breviter in unum
collectæ sunt, à brevi rerum plu-

Horæ Can-
onicae cur
alio nomi-
ne dicantur
officium
Ecclesiasti-
cum. aut
Brevia.
rium

A 9 timas

10 DE HORIS

ritatuum in unum collectione
restè Breviarium nuncupatur.

Atque hunc orandi modum lau-
dabilem omnino esse, pium, ac
salutarem, exinde facilè perspici-
potest, quod Ecclesia hac ratione
juxta monicam Christi Lac. 18.
Oportet semper orare, & nunguam
desicere, quodammodo semper
erit, Deum laudes, ac divinorum
benificiorum memoriam in seculo
santer celebret.

CAPUT II.

*Quinam ad recitationem Horarum
graviter obligentur.*

Ad recitationem Horarum
obligati ad **C**anonicarum obligantur
Horas sunt sub gravi peccato Clerici sacro-
torum Ordinum, & beneficiarii, ita
dignum, & quidem, ut graviter peccent, si
beneficiati, Horas vel semel absque justa caue-
Quid si uisa omittrant, vel si unam ex illis
nam Horam v. g. Tertiam, Nonam, Comple-
tum, &c. Ter-
tiam absque voluntariè negligant,
justa causa quamvis omittens Vesperas Sab-
bathus, Sancti non videatur peccare
Vesperas graviter ob parvitatem materiat,
Sabbathi videlicet. **N**esser de Hor. Can. disp. 8.

q. 2.

q. 2. n. 9. (utrum Religiosi ad
chorum professi, Moniales aut
Canonicis ad recitationem Ho-
rarum sub pati obligatione te-
mentantur, de eo videantur Navar.
q. 7. de orat. Medina q. 7. de orat.
Cajetanus vers. Hor. Canon. &c.)
est coimm. DD. I. t. que præcipue
pr. hæri ex antiqua & generali
consecudine Ecclesiæ vim legis-
obtinente. Nam Canones, qui vi-
dentur præcipere recitationem
Horarum, quos videlicet apud Liss.
lib. 1. c. 37. dub. 9. potius lo-
quuntur de Presbyteris curatis
aut Clericis beneficiatis, quam
Diaconis aut Subdiaconis. Bene-
ficiates autem, hoc est eos, qui
habent plenum dominium bene-
ficii, fractisque percipiunt, aut
percepturi sunt, obligari constat
ex Concil. Lateran. sub Leone X.
ratio obligationis est, quia benefi-
cium datur propter officium spiri-
tuale, quod magna ferè ex
parte consistit in recita-
tione Horarum.



CAPUT III.

*De modo recitandi Horas Canonicas: Et quando censemur
disi studiosè.*

HOræ Canonicae tam publicè, quam privatim recitandæ sunt juxta decretum generalis Concil. sub Inanc. II. studiis &c. Non debent recitari cum synecope, paucis verbis tamen. *devotè.* Studiosè dicentur primo, si recitentur absque syncopa, hoc est, verborum quorundam ex iunctione, qualis foret, si prima verba versiculi jungerentur ultimis, omissis intermediis, & hæc syncopatio, sive vocum omissio, si esset valde notabilis, peccabitur graviter; quia sit contra strictum mandatum Concilii in te gravi: quod si non sit notabilis excessus, erit peccatum veniale. Si autem hoc fierer involuntariè v. g. ex balbutie, consuetudine inoluta &c. quæ emendari nequit, nullo modo peccabitur. Recitans cum socio non censetur ea omittere, quæ per socium leguntur, quia audiēdo illum, lecta à socio moraliter facit sua. Et hunc recitandi modum Ecclesia permittit, habetque locum

Notanda quedam circa recitationem horarum cum socio.

locum etiam in aliis precibus ex
 voto aut præcepto recitandis, quia
 mortaliter censetur recitare totum
 quod ex voto, &c. recitare debue-
 rat. Si plures simul recitent, non
 dicent singuli per ordinem suum
 versum v.g. primus primum, se-
 cundus secundum, &c. sed factio
 veluti choro alternatim singuli
 versus recitabuntur, ita enim fert
 usus Ecclesiæ: nec obstat rameis
 inter multos simul recitantes, u-
 nus solus sit, qui in priores versus
 præcat, cæteris alternatim respon-
 dentibus: Lectiones poterunt per
 ordinem dicti aut ab uno recitante
 auditi: eademque est ratio de ora-
 tionalibus, capitulis, responsoriis,
 quæ socio recitante audiri pos-
 sunt. Bonac. diss. 1. q. 5 p. 2. § 1. Trull.
 d. 16. n. 17. &c. Secundò si singu-
 la verba integrè pronunciantur Debent dicti
 sine mutatione vel abscissione sine abscis-
 quatundam syllabatum præsertim
 ultimarum: Interim absorbendo
 quasdam syllabas solùm peccabi-
 tur venialiter, quia manet sub-
 stantia precum, ita ut preces ab
 audiente intelligi possint. Unde
 recitans cum socio absorbere
 syllabas satisfacit obligationi sua:
 Iam eti quædam distinctè non

Quid si so-
 cius absor-
 beat quaf-
 dem sylla-
 bas

14 DE HORIS

percipiat, que ab altero choro
canantur, aut a socio leguntur,
sibil idcirco repetendum erit,
quia moraliter loquendo fieri ce-
ferur, quod justa humanam fra-
gilitatem fieri poterat. Absorben-
do syllabas involuntarie v. g. ex-
congenite al quo lingua vito, &c.
nullum erit peccatum, vid. Lef.
lib. 2. cap. 17, dub. 10 Laym. libo
4. tract. 1. c. 5. &c. Vaide opem-
dum huc loco, ut vel certe scu-
patur in cordibus Ecclesiastico-
rum aureum illud monitum Sy-
nodi Basileensis Sess. 11. Quod ad
majorem erga supremum Numeri
reverentiam proprium attentionem
et devotionem, communem astan-
ti uns adificationem maximè in pa-
blico cantu beneficiati vel in Sacros
constituti serio monentur, ut di-
vini officium dicant prolatione non
praeceperit, sed distincte, non festinan-
ter accessum. Usus solus privatim

Suntne pri-
vatim reci-
tahere tam
clarè; ut re-
citanus se-
ipsum au-
ditre possit.
Non sunt
interrum-
pendæ abs-
que causas.

recitans non tenetur tam claram vo-
ce legere, ut se ipsum audire possit,
quia de hoc nullum existat præce-
ptum Ecclesiæ Laym l. 6. &c. Tex-
tio, si preces non interrumpantur
absque causa, quia sine hac inter-
rumpere continet aliquam irre-
verentiam, quamvis venialem.

nisi

CANONICIS. 75

alii interuptio sit valde brevis. Quid si in
quia parum pro utilitate reputatur, interuptio
Si causa interrupendi adsit, tamen esset valde
metu in medio cursu orationis,

v. g. Psalmi, aut Lectionis defititas, Aut herec
vel dures interuptio per unam in medio
aut duas horas, nullo modo pec- Lectionis
cabitur, accedit obligatio repe- aut Psalmi
tendi priora, licet proponuerit ex causar
petere jam lecta, quia semel recte
ta id satisfecisti debita obliga-
tio. Clericus tardius ad chorum Quid si
eccedens, Horam inchoatam per Clericus
gere poterit reliquis, postmo jam cœptam
dum supplendo, quæ omisit: kudo horam veniat
probabile est, nihil supplendum
esse, si parum in choro processum
fuerit, quia sicut in auditione M. f.
se, ita & hic omissione modici æsti-
mati non soleat. Similiter non sunt Aut occasio
supplenda, quæ omittuntur, dum petur re ali-
quis occupatus re aliquâ ad officii quâ ad Of-
fice celebrationem pertinente v. g. ficio cele-
lubrificando, librum patando, &c. brationem
quia totus chorus pro illo sup- pertinente,
plete censemur, unde nec is, qui
choro alternatum responderet orga-
no, non tenebat alternos versus
voce proferre, v. Laym. l. c Nav.

Rodrig &c. Quartò, si recitentur Sunt recit
juxta prescriptum Breviarium Romanum, tandem juxta
Iussu Pii V. editi, Omnes enim vi prescrip-
citas,

16 DE HORIS

tum Bre-
viarii Ro-
mani.

Quid di-
cendum de
Capitulis
& Conven-
tibus, qui
200 annis
ante consti-
tutionem
Pli V. alio
Breviario
nisi sunt,

Breviarii lici-
tum Clericis
eis praedi-
ctorum Ca-
pitulorum,
&c. priva-
tum uti Ro-
mano Bre-
viario.

cisato Bulla ad Romanum obli-
gantur, exceptis Capitulis, Mo-
nasteriis & Conventibus, qui du-
centis annis ante constitutionem
Pli V. alio Breviario nisi sunt', his
tamen permittitur, ut cum con-
sentu Episcopi aut Prælati & ipsius
Capituli suum Breviarium in Ro-
manum commutare possint, vid.
et. Bulla Quod si dista Capitulas
&c. Breviarium Romanum semel
admisserint, non poterunt hoc re-
licto suum antiquum reaflumere,
ut recte notat Stare Z lib. 4, c. 11.

¶ 4. quia Pontificie concessione,
qua antiquum suum retinere per-
mittebantur, tenue assisse censem-
tur. Ceterum licet nonnulli DD.
censem, Clericos praedicatorum
Capitulorum aut Conventuum
non posse privatim uti Romanos,
eo quod quisque suæ Ecclesie se
conformati debet; Probabile ta-
men est, posse eos privatim uti Ro-
manos, quia nullum jus habent
& plurimum consuetudo illud ap-
probatur. Proinde ne quidem in
choro obligabuntur ad Psalmos
penitentiales, graduales, Offi-
cium defunctorum, &c. quæ no-
tentur in Rubricis generalibus ad
finem Breviarii Pli V. Officium

nam

tamen B. V. in choro recitandum est, ubi consuetudo id obtinet;

vid. Bull. Pij V. Less &c. Excipe

Officium defunctorum in die ani- Notanda
marum, quod ab omnibus etiam aliqua circa
extra chorum recitari debet, quâ defunctoru- Officium
tatione etiam Litanie omnium in die ani- marum ut
Sandorum festo S. Marci & die- Litanias fe-
bus Rogationum ab iis, qui pub- sto S. Marci,
licè processioni non interfuerunt, di- & diebus
cendæ erant, quia utrumque est rogatio-
pars officii hisce diebus. Quam- num
vis Dian. p. 26 to. 126 resp. 42. cum

alii id negent, dicatque videri pro-
babile, non adesse obligationem
hæc recitandi dictis diebus. Sup-
posita autem sententiâ priori, ut
potè communi, & magis proba-
bili, satis faciet suæ obligationi
juxta Gauant. & alios, qui pridiè
vesperi post Matutinum & Lau-
des recitat Officium defunctorum
aut Litanias præfatis diebus. Ac-
cessorium enim sequitur aliud
quod principale est. Principale
autem est ipsum Officium divi-
num, cuius Matutinum & Lau-
des, cùm pridiè dici possint, pars
ipsis annæ similiiter diei poterit,
vid. Gob. tract. 9. cap. 23. sect. 2.

**Qui inculpare v. g. ex inadver-
sia aut necessitate, ut quia aliud culpam v. g.**

Offi-

ex mera ini. Officium ad manum non habet; advertentia &c. mutat Officium, dicendo de mutat Offi- feria, cum de Sancto dicendum ciām, ad esset, non peccat, nec est obligatus. quid obli- quidquam repetere, quia simplex substantiam praecepit, quia in eo consistit, ut septem Horae Cano- niz quotidiē dicantur; Ut autem reciteatur hoc vel illo modo v. g. de feria, dominica, &c. solūto pertinet ad circumstantiam Officii, quæ non est tanti momenti.

Quid si
culpatè &
scienter
mutaretur
Officium.

Unde quietiam culpatè, hoc est, scienter omisso proprio, alud re- citavit, non tebetur quicquam re- petere, quamvis scienter mutando Officium peccet venialiter. Nisi forte in fraudem legis Officium valde longiro mutet in aliud valde breve v. g. dominicale in pascha- le, vid. Laym, lib. 4. tract. 1. c. 1. item, Sententias damnatas ab Alexi VII. n. 34 aut certè frequenter & perpetuò mutet, quia videtur esse gravis inordinatio sufficiens ad peccatum mortale, Laym. l. c. contra alios, qui etiam in fre- quenti mutatione ob supradictam rationem non nisi venialeculpam agnoscunt, vid. Less. lib. 1. c. 37 dub. 12. ylvest. Azor. &c. contra alios plures doctores quæ-

vis mutatione Officii factâ voluntariâ peccati graviter, vid. Tol. lib. 3. c. 13. interum rectè mōne. **Lef** fe valde forè laudabile, si totum Officium repetatur, cujus loco aliud per errorē aut spontē re- citatum est, vel saltem ea repetantur, q̄z ad proprium Officium pertinebant, et si solūm esset hymnus aut antiphona. Imò adveniens suum errorē intra ipsum Offi- cium, ut bēnē notat **Card. Lugo** resp. moralis d. 8. Non continua- batur illud, sed tel. quas Horas leget conformiter Officio diei curre- at. Quādācūdā resistentur tempore à jure vel consuetudine præfixo, idque præcipue in Officio publi- co, quamvis si absque scandalo etiam in choro tempus Officii it- terdā mutaretur, rādē peccabi-

Advertens
errorē
suum intra
ipsum Offi-
cium, quid
faciet.

Sunt dicen-
da tempore
à jure vel
consuetu-
dine præ-
scriptio-

eu. graviter, quia hæc et temporis circumstantia ad sub vitiam rei peccati præ non pertinet, vñl. **Cajet.** **urb.** Hor. Canon, cap. 4. In pri- vato autem Officio eti laudabile sit, ut singula Hora suis tempo- ribus & intervallis juxta normam Officii publici dicatur; Ad vitianum tamen peccatum mortale sufficiet illas recitare intra spa- tium, quod est à medio, hoc est, à duobus

20 DE HORIS

duodecima noctis præcedentis,
usque ad medium noctis sequen-
tis, satis facit enim substantia præ-
cepti. Ceterum consuetudo nunc
obtinet, ut Matutinum & Laudes
dicantur pridie horæ quartæ post
meridiem, quamvis Laudes, si ite-
lubeat, à Matutino sejungi & in
alium diem dñfreri possint. Qui-

Matutinum
& Laudes
quæ horæ
pridie dici
possint.

Laudibus à
Matutino
sejunctis
estne præ-
mittendis Pater
& Ave.

bus à Matutinis separatis, non ne-
cessariò præmittes Pater & Ave, ut quidam volunt, cum nullade
hoc exster Rubrica, vid. Lef. l. c.
Tamb Gav. Imò probabile est,
nè quidem peccati venialiter ab
eo, qui incipit Matutinum & Lau-
des horæ secundâ post meridiem,
quæ ex recepta consuetudine li-
cer recitare Matutinum & Laudes,
quando dies inclinat ad occasum,
quod circa secundam pomeridiam
nam fieri videtur; Hoc enim tem-
pore in diversis Ecclesiis publicæ
Vesperæ cum Completorio dñi
solent: Adeò que censendum est ex
mente Ecclesiaz horæ secundâ po-
meridianâ dñm inclinare ad o-
casum. Id, quod indicat hymnus
Vesperarum in sabbatho. Iam sol-
lecedit igneus. Item hymnus do-
minica: Illabitur tetrûm chaos:
Ezander diffus. 4. q. 43: cum
aliis,

CANONICIS. 21

aliis, contra Sanch. & alios, qui volunt peccari yemaliter. Quamvis & hoc yeniale evitari possit: accedente justâ causâ, qualis foret, si pridiè alicujus festi plures confessiones audiendæ forent ab hora tertia usque ad Vesperam. Multò probabilius non peccabit, qui horâ tertâ incipiet, et si nulla ad sit causa præcertim hyeme, quâ Sol propinquio est occasui. De restate quævis rationabilis causa, ut major commoditas, &c. excusat incepientem horâ tertâ, vid. Gob. tr. 3. cas. 28. sect. 4. ob similitudinem causam v. g. majorem devotionem, commoditatem studiendi, &c. poterunt Horæ minoræ usque ad Nonam inclusivè Horæ minoræ omnes simul manè recitari, imò si tempore justa causa ad sit v. g. faciendum recitandæ iter, aut alia longa occupatio, &c. sint. etiam Vesperæ adjungi possunt pro ut habetur, c. i. decelebratione Missarum, non autem Completorium, nisi major necessitas urgeat, quæ raro obvenire solet. Vid. Laym. l. c. cap. 3. Less. &c. Optimè quidem prædictæ Horæ recitabantur eâ parte diei, quam hymni earum indicant, ut Primam jam lucis ortu fidere, hoc est,

xx DE HORIS

est, ad vel paulò post orum solis.
Tertiam aliquantulum post or-
tum solis, Sextam cùm sol ad me-
ridiem vergere incepit, hoc est,
non diù post recessitam Tertiam.
Nonam propè ut post prandium,
cùm vesperum appropiaret quare di-
eimur, extra hymnū : Largire
Lumen vespere, Vesperas cùm Com-
pletorio : Cùm sc̄ recedit ignis
Verum quia tempus Horarum à
jore praescriptum ex recepta cons-
uetudine magnam habeat lati-
tudinem, omni culpā vacare v de-
bet, qui Primam cum Tertiā re-
citat duabus vel tribus horis ante
ortum solis, idque in hymne,
quando sol in hisce partibus ori-
tur post horam octavam, item
Sextam & Nonam non diù post
ortum solis v. g. circa horam no-
nam temporis hysnali : Aut qui
in estate Primam, Tertiam, Sex-
tam, & Nonam duabus vel tri-
bus horis dicit post ortum solis,
Vesperas cum Completorio sta-
tisi vel paulò post meridiem, quia
censetur moderata, & non in-
consueta temporis immutatio,
vid. Laym. l.c. Bonac. de Hor. Can.
disp. 1. q. 1. p. 3. Dicere autem
Vesperas ante meridiem extra
tempus

tempus quadragesimale vel Matutinum, Primam, &c. post meridiem sine causa erit veniale, quia est immoderata & insolita temporis mutatio. Vesperæ, quæ tempore quadragesimæ ante prandium dicendæ sunt, privatim etiam post prandium dici possunt, quia Rubrica Breviarii non videtur imponeat preceptum, v. Nav.

Tull. &c. Sextò, si reciteretur Recitandæ eo ordine, quo ab Ecclesia recitati sunt ordi-
solent. Qui citra causam hanc ne quo ab
ordinem immutat, dicendo v. g. Ecclesia
Primam ante Laudes, vel Laudes solent.

ante Matutinum, peccabit venia-
liter. Quia ordo Hororum exira Quid si ex
chorum est circumstantia minoris justa causa
momenti, undè si ex justa causa hic ordo
etur per inadvertentiam dictus inverte-
ratur.

amici aut alterius viri gravis invi-
tantis te ad secum dicendas He-
ras posteriores, aut haec in choro
dicerentur, prioribus à te non-
dum persolutis, omni culpâ im-
munis eris. Tol. l. 2. c. 13. Septimò,
si publicè dicendæ sunt, dicantur
in Ecclesia, privatim in quovis ho-

Horæ quo
neste loco, & distinctionibus non
expedito, nam citra necessitatem
dicere in tali loco, est veniale pro-

pter

pter periculum distractionis , cui
te ipsum ultrò exponis ; sicut di-
cere in loco immundo propter
irreverentiam , quamvis Tamb.
de Her. Con. Sanch. & ali id ne-
gent , si præ lo contemptu casu
vel ex incidente occasione aliqua
in loco immundo & humanis ne-
cessitatibus deserviente orates .
Nam ubi licitum est mente ad
Deum suspirare , isthic quoque
licitum erit , lingua & voce eun-
dem invocare . Quotidie est ,
aut nimirum angitur , neoret in
loco distractiōnib⁹ exposito , oret
quovis loco , quem judicaverit sibi
convenientem , quia cum anxietate
& scrupulis locus ad orandum
non est querendus . Denique si re-
cipientur eo corporis situ , qui à
Rubricis prescribitur , Hæc tamen
Rubricæ genuflexionem , statio-
nem , &c. prescribentes , non obli-
gant ad culpam , maxime in pri-
vata recitatione Bonart. lib. 3. cap.
28. n. 14. Suarez & alii . Poterit
tamen per situm delinqui veniali-
ter , si sub oratione immodesta &
minus decens corporis composi-
tio adhibeatur . Tamb. in decab.
l. 2. cap. 5. §. 6.

Item quo
corporis
situ.

GAPUT

CAPUT IV.

*Quâ ratione censeantur Hora de-
potè recitari.*

Devotè recitabuntur, si cum debita attentione & reverentia dicantur, nam ad orationem tanquam ad actum religio nisi requiritur reverentia. Est autem attentio duplex, alia externa, quâ quis attendit ad pronunciacionem verborum & decentem corporis compositionem, simûlque abstinet ab illis operibus, quæ cum attentione interna consistere nequeunt, qualia sunt fabulari, pingere, scribere, &c. alia interna, quâ attenditur vel ad Deum, aut res divinas, vel sensum verborum, vel denique ad ipsa verba cum intentione & animo orandi & vacandi Deo. Quæ intentio quia includit attentionem animi saltem confusam ad Deum, ut patet, attentionem ad verba cum prædicta intentione & animo orandi & vacandi Deo, censetur esse attentio interna, & distinguitur ab intentione mere

B externa,

externa , quā ad sola verba atten-
ditur absque ulla animi attentione
ad Deum . Sufficiere attentionem
merē externam ad recitationem .
Horarum multi DD. probabiliter
sustinent , quos citat Lefſ l.c.d. 11 ,
cō quōd Ecclesia videatur p̄cē-
pere preces solūm materiales , illis
non dissemiles , quæ alternatim
organo , aut alio musicō instru-
mento fieri solent ; Sicut enim per
has laudari Deus & aliquid ab
eo impetrati potest , ita quoque
per illas . Unde juxta hanc senten-
tiā voluntariè sub Officio divi-
no distractus non peccabit gravi-
ter , nec obligabitur ad quicquam
repetendum , aut faciendam tru-
guum restitutiōrem , modè in-
tegrè omnia pronuntiaverit , ne-
que exteriūs sese occupaverit a-
ctionibus cum attentione interna
incompatibilibus . Verū senten-
tia contraria requiri attentionem
internam ad recitationem Horar-
um verior est & probabilior , quia
oratio merē externa absque in-
terna animi attentione non esto-
ratio , sed simulatio orationis ;
Unde qui solam externam spe-
ciem orantis assumit , non potest
digi devotē orare , cūm ora-
tio

Probabi-
lius & ve-
rius requi-
ritur inter-
na.

tio sit mentis in Deum elevatio,
vid. Less. l. c. Sufficere autem at- Sufficit ta-
tentio interna modò di men ea,
Quam ad sola verba (quamvis ea, quæ est ad
quæ est ad sensum verborum, sit sola verba,
optima. Si hunc non assequaris,
melior erit illa, quâ , dum verba
pronuncias , attendis ad Deum
aut res divinas, de his pii aliquid
animo volvendo aut meditando)
docet Less. l. c. Sanch. & plures
alii , quia sic attendens censemur
verè orare & mentem in Deum
levare Ex quo apparet , quam fa-
cile satisfieri possit præcepto Ec-
clesiæ , cùm hæc plus non exigat,
quam ut animo orandi & lau-
dandi Deum sacra verba pronun-
cias , nec voluntariè quicquam
animo volvas , quòd necessariam
attentionem ad verba & reveren-
tiam ad Deum excludat , & ra-
tiùs evenire soleat , ut animus
omnino voluntariè volvat ali-
quid, quòd necessariam attentionem
ad verba & reverentiam ad
Deum impedit. Nam imprimis
quævis tenuis attentio ad verba,
quæ periculum errandi in his re-
movere potest , ad ritè orandum
sufficit, ut patet in illis , qui dum
verba pronunciant , cogitationi-

bus de Deo aut rebus divinis o-
cupantur. Ad hæc animus laudan-
di sive vacandi Deo cum levi & te-
nui distractione ad alia objecta et-
iam aliquo modo voluntaria sta-
re potest. Manet siquidem cum
hujusmodi tenui distractione con-
fusa quædam attentio ad Deum,
in qua suprà , attentionem inter-
nam ad orandum necessariam
constituimus. Postò non revoca-
interna quâ tur animus orandi sive vacandi
ratione re- Deo , nisi per actum dictæ volun-
vocetur. tati contrarium, ut si verba solūm
pronuncies non animo orandi ,
sed eadem ediscendi, aut animum
omnino voluntariè occupies re-
bus profanis , & alienis à Deo co-
gitationibus. Quia hoc ipso, quod
omnino voluntariè vacas rebus
profanis , censeris implicitè revo-
care voluntatem orandi , quæ vo-
luntas expressè revocatur , si nolis
ad Deum attendere , implicitè si
advertisens animi distractionem ,
negligas mentem ab objecto co-
gitato avocare. Si invitè & non
Quid si quis advertens distractionem pateris .
invitè & oratio subsistit coram Deo. Suf-
non adver- ficit enim in hoc casu attentio vir-
tualis , quæ ex voluntate vacandi
hatur. Deo a principio elicita manet per
totam

totam orationem , nisi explicitè aut implicitè revocetur ; Non est autem necessè , ut sub initium orationis distinctè exprimatur voluntas vacandi Deo , sed sufficit , si intendas dicere Officium more debito & consueto , sive velis orare Horatias , nam in hujusmodi voluntate implicitè continetur voluntas orandi & vacandi Deo .
Pro sinecerissimo cordis mei affectu , quo optimum Deum ab praxis omnibus attente orari & laudari vendid i-desidero , minimè præterire possum faliimam praxim , cavendi plutimas sub oratione occurrentes distractio[n]es , non semel à me eum fructu usurparam . Quæ in eo consistit , ut per decursum Horatium , aut aliarum precum advertas ad eas voces , quæ à certa litera ex alphabeto assumpta inchoantur , v. g. primâ die ad vertas per omnes Horas ad voces à littera A incipientes , secunda à littera B exceptas , tertia à littera C , & sic deinceps usque ad finem alphabeti exceptis tribus postremis , x , &c. quæ in latinis vocibus ratiùs inveniuntur . Nam hac ratione alligata quodammodo ad certam literam phantasia vix fieri , quia

38 DE HORIS

sufficienter attendas ad verba , &
cum verbis , si illa intelligas , eoz
rum quoque sensum assequaris.

C A P U T V.

Statuuntur causa , propter quas dis
vinum Officium sine peccato
omitti potest.

Causæ justæ , ob quas citra
peccatum Officium divinum
emitti potest , sunt sequentes . Pri-
mè , si absque notabili dolore ea-
sunt , si dici pitis , oculorum , læsione valetu-
nèqueant dinis , aut alia gravi molestiæ dice-
absque ho-re non possis , in dubio standum
tabili læsio- est judicio superioris , confessarii ,
ne valetu- aut prudentis & probi medici.
dinis ,

Azor iom. I. lib. 10. cap. 13. q. I.
Nau. Suarez &c. Quòd si ipse
medicus dubitet , sitne infirmitas
gravis aut levius , non erit obliga-
tio recitandi , quia non tenetis pe-
riculo gravis damni v. g. valetu-
dinis notabiliter lædendæ te ex-
ponere , vid. Tamb. in decal. lib.

I. cap. 2. § 7. Secundò , si gravis
mali periculum immineat ex re-
citatione Horarum v. g. carceris ,
mortis , &c. inter infideles , aut
hæreticos. Tertiò , si gravis aut
repentina occupatio , qualis foret ,
populi

Aut si gra-
vis mali pe-
riculum
immineat
ex recita-
tione Ho-
rarum.

populi tumultum subito exortum Vel occur-
 sedata, aut alia necessaria aut ho- rat gravis
 necta interveniat; ut concio, con & repentina
 fessionum auditio, &c quæ sine occupatio,
 scandalo vel notabili damno pro cum qua
 prio aut alieno omitti vel differri Horarum
 non possit, & eum qua Horarum recitatio
 recitatio moraliter moraliter sta- flare ne-
 te nequeat. Quarto, si ob im- quit.
 tentiam v.g. quia Breviario cares, Si ad sit im-
 Horas dicere non potes. Qui ex potentia.
 aliqua impotentia Matutinum & impotentia
 Laudes dicere nequit, potest ta non posses
 men reliquias, tenetur ad illas, vid. dicere Ma-
 Sent. damn. ab Innoc. XI. n. 54, tutinum &
 Quod si alicujus Horæ v.g. Ma- Laudes,
 tutini aut Vesperarum partem posses tamē
 notabilem dicere nequeas, ab il- Horas,
 lius recitatione excusaberis, quid Aut si alicu-
 obligaris ad Horas juxta formam jus Horæ
 Pii V. præscriptam. adeoque ad notabilem
 Horas substantialiter tales, pars partem non
 autem Horæ non est substantiali- posses dice-
 ter Hora. Imò si certus sis, te ob Vel si cer-
 titudinem, aliamque impoten- tus, te non
 tiam tetum Officium recitare posse dicete
 non posse; Dubitas autem, an u- totum Offi-
 nam aliquam partem dicere pos cium, dubi-
 sis, non obligaberis, quia Ecclesia tares, an u-
 cum tanto rigore non obligat, ut partem di- nam aliquā
 materiam anxietatis & scrupu- cere posses.
 lorum, qualis esset in præsenti

32 DE HORIS.

casu, præbere intendat, vid. Laym. l. 4. tr. 1. c. 6. Qui non recordatur à se dictam fuisse unam aliquam Horam v. g. Tertiam, si communiter nihil soleat omittere nec recordatur se non dixisse illam, non tenuerit quicquam repetere, quia prudenter præsumit se dixisse illam, Sanch. l. 4. cons. mor. c. 2. dub. 34. Laym. &c. Imò male facit repetendo, quia aperit viam scrupulis, sicut & ille, qui habet probabilem rationem aut conjecturam, se dixisse hanc vel illam Horam, vel Horæ partem, Sanch. l. 6. Tamb. &c. Quintò, si val. deniq; per dispensationem legitimi Superioris v. g. Pontificis, Episcopi, &c. ab onere Horarum eximari.

CAPUT VI.

Ad quid tenetur Beneficiatus Horas culpabiliter omittens.

Non resistans culpabiliter tenetur ad restitutio-

Beneficiatus culpabiliter omittens Officium Canonicum, tenetur ad restitutionem frustuum pro ratione neglecti Officii, ita ut qui uno die totum negligit, teneatur restituere omnes

CANONICIS.

33

omnes fructus illius dici qui M. ratione neutrum cum Laudibus, meam gl. si Officiale fructuum, qui reliquas Horas, similiter medium partem, qui unam ex illis sextam partem, vid.

Bull Pii V. Ab hae obligatione Ab obligacione excipit, qui primis sex mentione estisibus omittit Officium, hanceim tuendi fructus quinam post primum semestre negligat se fuit immunes.

mel aut bis in anno o. Sotus, Covar Quid si Of-
ru apud Laym. l. 4. tr. 2 cap. 5. ficium se-
Præsumitur ex clementia & beni- mel aut bis
guitate Ecclesie, quæ instat ele- in anno o-
mentis domini unius aut alterius mittatur.

dici neglectum servitum, si alias
toto anno debitè ipsi servitum fue-

rit, non magnopere curare creditur.
Sententia tamen Laym. qui con-

trarium sentit, conformior est
constitutonibus Concilii Latera-
nensis, & Pii V. Qui docent in
hac ipsa ratione modo allata funda-
tio non obligati eum, qui intra

annum octo vel decies Officium
negligit ut Escob. insinuata tract.

Ex 6. Menoch. Crucius. &c.
nimis um videtur recte à ver-
bis & sensu Basile. Tert. or. eum, qui

Aut non e-

quidem omisit oportentem partem

mittatur

notabilis
unius Horæ, sed non æquivalen-
tem unius integræ ex parviss. Dian. pars unius

B 3

pp. 12. Horæ, æqui-

Valens tñi tr. 12. ref. 26. quia leges poenales integræ ex sunt strictè intelligendæ, adèòque parvis. de actu moraliter perfecto & consummato. Quartò, cum, qui

Quid de eo præter Officium divinum habet qui præter alias functiones, quæ verè mercantur mercedem sive stipendum. Officium divinum habeat alias Sanch. lib. 13. cap. 13. Bonac. & functiones alii contra Suarez & alios, quia quæ stipendium ex praxi timoratorum Bulla Pii V, eo sensu videtur recepta, ut pro aliis oneribus, præter recitationem Officii, Beneficiato compensis salarium relinquatur. Unde etiam Canonicus probabiliter non tecebitur plus restituere ob neglectas Horas, quam certam fructuum partem prudentum iudicio estimatam. Tann. tom. 13. diff. 5. q. 1. dub. 7. Less. &c. Reliqua autem sibi reservare pro aliis oneribus, quia reditus beneficii non dantur propter solum Officium divinum, sed etiam propter alia spiritualia munia à Canonico præstanda. Imò Parochus, Sacellanus, aut alius, habens beneficium curatum, &c. si habeat exiguos reditus, ex probabili sententia ob neglectas Horas ad nullam aut certè modicam juxta prudenter arbitrium restitutionem tenetur.

R
Ra
con
n
f
i
m
di
me
ob

bitur. Laym. l. c. Quinto, illum, vel qui ha-
qui habet ejusmodi beneficium, nec benefici-
quod non sufficit bonam par- cium, quod
tem sustentationis, quia sicut talis non suppe-
probabiliter non obligatur ad diat bonam
Horas, ita multo minus ad resti- patrem su-
tutionem, vid. Diar. p. 1. tr. 12. stentatio-
nis.

Tamb. &c. Sufficiunt autem inter Germanos pro Clerico medioeris Quantum sufficiat pro fortis pro bona parte sustentatio- Clerico
nis viginti ducati, qui quartam mediocris in tertiam partem honestæ su- fortis pro bona parte
stentationis ipsi præstabunt, cum sustentatio-
multi annuè 50, aut 60. ducatis nis in Ger-
contenti sint, v. Qob. tr. 3. cas. 13. mania.
secl. 2.

CAPUT VII.

*Restitutio fructuum qualiter, &
cui facienda*

Restitutio facienda est etiam ante sententiam judicis ex Estne facie-
comm. DD. Vid. *Sentent. damn.* da ante
ab Alex. VII. n. 20. idq; vel Eccle- sententiam
siz, in qua obtinet beneficium, judicis, &
aut certe domui & agris benefi- quibus.
cii tui, quia hos reparando vel
meliorando fructus restituti-
obnoxios impendis in bonum

proprietate Ecclesiae; Excipe, nisi forte in quibusdam locis ab herede illa repetantur, quae domui & agris beneficii meliorandis impensa sunt: Aut ipsa melioramenta immediate cedant in solum bonum beneficiati, qui Horas neglexit: vel alteri pauperi Ecclesiae, aut aliis quambusunque pauperibus;

Quid si feu-
gus restitu- Esto sint parentes au-
tioni obno- cognati, si juxta statum suum verè
xios det pa- pauperes sunt, vel etiam tibi iphi,
rentibus, si verè pauper es, vel defunctis,
aut aliis co- procurando ipsis dato stipendio
gnatis indi- sacra autalia suffragia. *Fili tract.*
gis: Aut ex his pro de. 23. n. 325. *Nat.* &c. Aut hæc
functis cu- curendo tibi iphi pro expiatione
retfacra vel peccati admissi per neglectum
alia suffra. Officii divini. *Suarez lib. 4. de*
gia: Vel hæc oratione cap. 30. Vel denique
curet pro in partem restitutionis compu-
expiatione tando omnes eleemosynas, quas
propripec- cati admissi fecisti pauperibus post neglectum
per negle- Officium, et si tunc non cogitave-
cum Officii ris de satisfactione, quia faciens
divini. eleemosynam, videtur virtualiter
Peter unne intendere ac velle, ut per illas sa-
in partem tis faciat omnibus obligationibus
restitutionis computari per peccata à se commissa con-
eleemosy- tractis. *Suarez l. 6.* Verum hoc
næ, quæ post dici non potest de eleemosynis,
neglectum quas fecisti, antequam Officium
omit-

CANONICIS. 37

emittere. V. Sentent. damn. Officium ab Alexan. VI. num. , . Sunt, pauperibus qui arbitrentur, obligationi re-
stituendi posse satisfieri per ge-
minatam. Officii recitationem, Fictio satis
quia redditur aequale. Vid. Gob. dicit obli-
L. c. qui hoc ipsum admittit gationi per
tanquam probabile propter au- Officii reci-
thoritatem excuscam quo- tationem.
rundam DD. ita sententium,
verum haec sententia Bulla Pij V.
& recepto DD. sensui nimium
contrariari videtur.



P A R S II.

De MISSÆ SACRIFICIO.

PROEMIALIA.

De Eucharistia.

Eucharistia duplèciter consi-
derari potest. Primo, ut est Explicatur
Sacramentum. Secundo, ut quid sic Eu-
est Sacrificium. Quatenus Sacra- charistia, us
mentum: est res permanens, & est Sacra-
consistit essentialiter in duobus, & quid ut
nemp̄ in speciebus Eucharistie, est Sacri-
ficium.

53 DE EUCHARISTIA

& in Corpore ac Sanguine Christi, ita ut si alterutrum absit, non habeatur Sacramentum. Ulus autem & sumptio neque est pars essentialis hujus Sacramenti, neque integralis, sed nuda applicatio & conditio, ut Sacramentum in nobis operetur. Unde contra naturam reliquorum Sacramentorum materia remota hujus Sacramenti est transiens panis enim & viuum transiunt in Corpus & Sanguinem Dominicum, Proxima vero est permanens, suntque species Eucharisticæ, quæ tamdiu permanent, donec ab agente contraria destruantur. Eucharistia vero quatenus Sacrificium, est aliquid transiens seu potius terminus actionis transiuntis: Omne cæm Sacrificium consistit in actione quadam destrutiva, per quam creatura aliqua destruitur in recognitionem supremi dominii, quod Deus habet in vitam, & esse rerum creatarum, & in signum nostræ servitutis, ac subjectionis. Quæ actio destrutiva cum sit transiens, etiam ipsum Sacrificium recte dicitur transiens. Ita in Sacrificiis veteris Testamenti ad designandum Dei in res

Ut Sacramentum est quid permanens & consistit essentialiter in speciebus Eucharisticae, & in corpore & sanguine Christi,

Habet Eucharistia materiam remotam transiunt, & proximam permanentem.

Eucharistia, ut Sacrificium est quid transiens.

res omnes creatas dominum de-
stribuerunt & mactabantur vi-
tuli , alioque ejusmodi pecudes;
Nostrum proinde Sacrificium ,
quod in locum Sacrificiorum ve- Et consistit
teris Testimenti successit , con- formaliter
sistit formaliter in consecratione , in conse-
quaz est actio destrutiva Christi , cratione.
non quidem physicè , ut olim Pet conse-
stitutum est in Cruce , sed morali- crationem
ter & mysticè : Per consecratio- Christus
nem enim destruitur Christus , & invenit
quodammodo occiditur , dum vi & mysticè
verborum sub speciebus panis occiditur.
ponitur solum corpus Christi , &
vi verborum formæ sub specie-
bus vini ponitur solus Sanguis
Christi : Separate autem totum
Sanguinem à corpore , est homi- Idq; in re-
nem destruere & occidere. Que cognitionē
Christi destrutio cum fiat eo si- supremi de-
ne , ut agnoscatur supremum minii , quod
& absolutum Dei in res omnes Deus in res
creatas dominum , rectissimè dicitur creatas ha-
citur Sacrificium. Vide quam bes.
tremendum peragasopus & quan-
do ad honorandum supremum
Numen per consecrationem de-
struis Dei Filium , & agnum im-
maculatum mysticè occidis. Dixi
viverborum ponitur solum Cor-
pus & Sanguis Christi. Nam
quam

40 DE EUCHARISTIA

quantum est ex vi ipsorum verborum , & illorum significatione plus ponere non debet , quam solum Corpus & solus Sanguis ; certum tamen est per concomitantiam ponere sub utraque specie totum , quod Corpori & Sanguini coniunctum , & consequenter ponere Christum totum . Ex quibus omnibus recte sequitur , nunquam licere etiam in gravi necessitate v. g. ut moribundo praebetur viaticum , unam tantum speciem consecrare , quia ut sit Sacrificium & perfecta Christi occisio , necessario requiritur utriusque speciei consecratio , pro ut patet ex ipsa Christi institutione in ultima cena , quando consecrationem utriusque speciei in sui memoria fieri praecepit .

U de equidem ipse Pontifex uero casu juxta communem sententiam contra quosdam in hoc dispensare potest . Poterit tamen per accidens , dare potest & praeter intentionem . Iiquando Assignantur fieri sine peccato , ut una species varii casus , consecretur sias altera v. g. si quis per accidens aquam loco vini consecrasset , nec errorem adverteat nisi dia post , intentione aut postquam advertisset aliud vinum haberi non posset , vel rati-

Cum absq; consecratio utriusque spei non habeatur perfecta ratio Sacrifii hinc nunquam etiam in gravinecessitate licet unam tantum speciem consecrare .

Nec ipse Pontifex facultatem in quodam in hoc disensare potest . Poterit tamen per accidens , dare potest & praeter intentionem . Iliquando Assignantur fieri sine peccato , ut una species varii casus , consecretur sias altera v. g. si quis per accidens aquam loco vini consecrasset , nec errorem adverteat nisi dia post , intentione aut postquam advertisset aliud vinum haberi non posset , vel rati-

met si hoc haberetur , eo tamen una species
 uti non posset absque gravi scandalo aut vitæ periculo . Similiter consecrati
 si Sacerdos post consecratam Ho- potest,
 stiam subito moreretur , aut alio
 repentino casu , v. g. amentiæ ob-
 fueretur , quod minus alteram
 speciem consecraret , & alius Sa-
 cerdos non adesset , qui Sacri-
 ficium perficeret . Quod si talis ad-
 esset , deberet etiam non jejunus
 supplere ; immo si Sacerdos infir-
 mus Communionem suscipere
 posset , dividet Hostiam sive
 partem dabit . Denique si post
 consecrationem unius speciei ab
 hostibus vel incendio subiitum
 periculum mortis imminaret , se-
 cluso tamen contemptu fidei aut
 gravi scandalo ita DD. commu-
 niter . Vid . SUAR . Reg . TAMB . &c .
 Hac duplici Eucharistia formata-
 litate prænotata dividemus ulio-
 mam hanc partem in duas sec-
 tiones , in quarum prima per diversa
 capita sive subsectiones agemus
 de Eucharistia ut est Sacra-
 rum . In altera , de eadem ut est
 Sacrificium .

* * *

PAR-

——
**PARTIS SECUNDÆ
SECTIO PRIMA.**

*De Eucharistia ut est Sa-
cramentum.*

C A P U T I.

*Explicatur essentia Eucharistia ut
est Sacramentum, item ejus
Unitas specifica & nu-
merica.*

Eucharistia Sacramentum pa-
sim his ferè verbis definitur:
Est Sacramentum Corporis &
Sanguinis Christi sub speciebus
panis & vini ad spiritualem ani-
mæ refractionem à Deo institu-
tum. Ex qua definitione parte
species Eucharistias pertinere ad
Eucharistiam tanquam sensibile
signum refractionis spiritualis;
Corpus verò & Sanguinem Chri-
stianquam spirituale animæ nu-
trimentum. Nam sicuti corpus
hominis reficitur pane & vino, ita
anima Corpore, & Sanguine Chri-
sti.

Datur defi-
nitio Sacra-
menti.

sti. Unitas specifica hujus Sacra-
menti desumitur fine , ad quem specifica
institutum est; undē cūm sit insti-
tutum per modum convivii spiri-
tuallis ad reficiendam animam , ta-
mēsi species panis & vini , imo
quilibet illarum pars materiali-
ter & phisicè inter se differant ;
moraliter tamen in ratione con-
vivii , ad quod integrandum species
panis & vini requiriuntur , non est
nisi unum Sacramentum. Unitas

autem numerica hujus Sacra-
menti desumitur ab una numero una nume-
refectione per unicam Commu-
nionem facta , sive illam feceris ne spirituali
sub una , sive sub utraque specie sive plures
sive per susceptionem unius Ho hostias si-
stiae , sive plurium , etq; ab uno &c mul acce-
periss
pluribus Sacerdotibus consecra-
te fuerint. Ac proinde licet physi-
cè loquendo tot sint numero Sa-
cramenta , quot numero species
seu partes specierum , moraliter
tamen est unum numero Sacra-
mentum , quod per modum unius
sumitur , & ad unum finem , nimi-
tum ad unam spiritualem refe-
ctionem refertur. Adeoque com-
municans si sub utraque specie
communicet , aut per errorem ac-
cipiat duas trésve hostias , non
cenfe-

44 DE EUCHARIST.

censabitur duo , sed unum suscipere Sacramentum est comm.
DD. Vid. S. Thom. q. 73. & alios.

C A P U T I I .

De materia Hostia.

Materia ho-
stia est so-
lus panis
triticeus.

Quid si tri-
tico paucu-
la grana
hordei, aut
alterius
frumenti
commixta

Materia Hostia certe apta consecrari est solus panis ex farina triticea ; & aqua naturali mixtus ; in furno ; aut alio simili modo per ignem excoctus. Vid Decret. Eugenii IV S. Thomas &c. Neque hic scrupulosè turbaberis sciens paucula grana hordei , aut alterius frumenti cum maxima quantitate tritici esse commolita , ex qua triticea farina adeò modicè mixta deinde conficiantur Hostiae. Quia ut loquitur D. Thomas art. 3. in corp. ad usum Sacramentorum assumitur talis materia , quæ communius apud homines in tamē usum venit , communissimè autem vescuntur homines pane pisto ex farina triticea non prorsus sincera. Accedit , quod humana ferè industriam effugiat , quin unum , alterumve alterius speciei granum triticeæ farinæ miscer-

misceatur. Idem est si quis pul- Aut pulvi-
nileculus , aut aliud quid nullius culus ali- quis, aut a-
momenti Hostia aut vino immi- liud nullius
xium videatur : Hæc enim per momenti,
humanam iudiciam cœciū vix hostia aut
possunt , & pani & vino usuali vino videa-
communissimè miscentur. Cate- tum immix-
tum.
rium panis consecrandus ex præ-
cepto Ecclesiæ debet esse figuræ An panis
orbicularis , de magnitudine au- consecratus
tem hostia non est ullum præce- debeat esse
ptum , aut consuetudo obligans figuræ or-
sub præcepto ; Unde non est illi- bicularis.
cicum adhibere hostiam mino- Quid dicē-
rem , qualis datur Laicis , quando dum de ma-
pro Sacrificio alia haberi non po- gnitudine
test , dummodo scandalum absit , hostia
inque non tantum in Sacro pri- minor qua-
vato , sed etiam si causa urgeat in lisdatur lai-
publico. Vid. Tamb. lib. 2. cap. 8. cis , pro Sa-
crificio ad-
§. 7. Caye autem quando majo- hiberi pos-
rem à te consecratam Hostiam sit.
repositorus es in hierotheea ; Ca-
ve inquam , ne Hostiam ab alio ,
aut in alia Misa consecratam su-
mas loco tuæ , quia debes com-
municare de tuo Sacrificio.

Materia Calicis certò apta est
solum vinum de vite , & quidem Materiæ
omne sive album sive rubrum , Calicis est
convenientius tamen propter mun- solvum vi-
ditatem , si fieri potest , utere albo , num de vi-
te sive albū ,
cùm sive rubrū .

46 DE EUCHARISTIA

Certius cùm ex rubro purificatoria facile
semper utē sordescere incipient: Vid. Supra.
ris albo, cit. Decretum Eug & DD. comm.

Vino ex præcepto graviter obli-
Utrum vino gante admiscenda est una , altera-
necessariò vé gutta aquæ , idque non domi ,
admiscenda sed in ipso Sacro. Vid. S. Thom,
sit una aut altera gutta q. 74. art. 8. Quod si plures gut-
aquaæ.

Quid si plu- tur nihil id oberit , modò aqua
rēs guttae affusa non excedat tertiam pars
præter intē- tévini , alioqui sicut materiæ dubia.
tionem mi- scerentur.

Restè tamen inquit , Gav. p. 2.
cit. 7. quanto paucior est aqua ,
tanto potior , præsertim si vinum
valdè tenue sit , in quo periculum
esse potest , ne tertia pars aquæ
affusa prævaleat substantia vini ,
ejusque accidentibus , adeoque de
eo , quod est in Calicè , potius dici
debeat aquam esse , quam vinum.

Vid. Tamb. lib. 2. c. 4. §. 7. Hæc
aquaæ mixtio si omisla fuerit , id-
que notetur ante consecrationem
Calicis , adhuc facienda est , secus
si post Vid. Gab. tract. 3. cas. 3.
sect. 2. Utrum autem hæc aqua

vino immixta transeat in Sanguinem Christi , de hoc disputerent
Quantum Scolastici. Observandum quo-
vini ordina- que est circa materiam Calicis
riæ adhiberi rectius & decentius parùm vini ,
debeat.

et si sit generosum & sapidum
(neque enim in tanto Mysterio
delectatio gustus quærenda est)
quam multum affundere , tum ut
facilius post sumptas species de-
bito modo purificetur Calix ,
tum etiam ut caveatur pericu-
lum , ne sacer Sanguis defluat in
barbam aut patenam , quod faci-
lius fieri potest , si major vini co-
pia fuerit affusa . Porro Sacerdos ,
qui , ad hæbendam aliquam sete-
sualem in speciebus voluptatem ,
plus vini affunderet saltem ve-
nialiter peccaret . Vid . Gob . l . s .

CAPUT III.

De forma Eucharistia.

Forma , quâ panis consecratur Assignatur
esthæc : *Hoc est enim Corpus utraq; for-*
mum , cuius singulæ partes p̄z- ma.
ter particulam enim , sunt essen-
tiales . Forma , quâ vinum con-
securatur est sequens : *Hic est enim*
Calix Sanguinis mei , novi & ater-
ni Testamenti , Mysterium fidei ,
qui pro vobis & pro multis effun-
detur in remissionem peccato- Item partes
rum . In qua forma certuni est utiusque
verba : essentiales

48 DE EUCHARISTIA:

verba : Hic est Calix Sanguinis
mei , sive hic est Sanguis meus , esse
essentialia , reliqua autem præter
particulam , enim , deliberatè o-
mitti non possunt sine gravi pec-
cato . An autem omittantur cum
irritatione Sacramenti contro-
versum est . Probabilis est non
requiri ad essentiam , quia multis
Ecclesiæ olim omitiebant alias
atque alias ex his particulis . Vid.
Dom. Reding. q. 2. art. 2. controly.
2. & alios .

In hac autem forma , verba illa :
Explicitur verba ob-
scuriora
Calicis .

Testamenti , & Mysterium fidei sic
intelligenda sunt , hic est Calix
Sanguinis mei , qui Sanguis , est
confirmatio Testamenti , id est
ultimæ voluntatis , quâ Christus
nos ad æternam hereditatem de-
stinat , & simul Mysterium fidei ; id
est signum occultæ rei , quæ sola
fide cernitur . Circa hac verba

An peccet , consecrationis notandum est , ut
qui verba ea nunquam tam altè pronunties ,
formæ ni- ut ab iis , qui à te remotiùs di-
mis altè stant , audiri possint . Minister Sacri
pronunciat . si te audiat , nihil impedit , pecca-
bis tamen venialiter si ad 6 , vel 8 .

passus , imò mortaliter si ad 40 .
audiri consueuisse , quia in priore
casu leviter , in posteriore valde
nota-

UT SACRAMENTO. 49

notabiliter agis contra ritum Ec-
clesia communissimum in actio-
ne omnium gravissima , dabique
occasions eburmurationum ,
scandalorum , effensionem . Sed
neque hic te scrupulis angivolo ,
non enim peccabis , si sic verba
consecrationis pronunties prout
alteri tibi proxime adstanti mo-
deste loqui soles . Ceterum ut ve- Quid signis
rificetur forma consecrationis , sicut partici-
per particulam hoc non potest ,
nec debet designari panis , qui que forma
manibus à Sacerdote tenerat , ita
ut sensus formæ sit hoc , id est , hic
panis est Corpus meum : Falsa
enim est propositio ; panem esse
corpus Christi . Unde per particu-
lam hoc significatur substantia
contenta sub accidentibus pa-
nis , ita ut sensus sit formæ : Hoc
quod continetur sub acciden-
tibus panis , est Corpus meum , sive
substantia contenta , sub ac-
cidentibus panis , est Corpus meus
qua propositio est verissima . Ca-
ve etiam in forma Galicis p^arti-
culam hic accipere adverbialiter ,
id est , in hoc loco , cum sumenda
sit per modum pronominis de-
monstrativi . Item falso interpre-
taberis formam Galicis , si velis

C

hunc

50 DE EUCHARISTIA

hunc ipsius sensum esse , hic Calix
vini, est Calix Sanguinis mei . Ne-
que etiam verum est , quod vinum
sit Sanguis, est tamen verum , quod
substantia contenta sub speciebus
vini, sit Christi Sanguis . Ut enim
propositio sit vera debet esse iden-
titas inter praedicatum & subje-
ctum , qualis non est inter panem
& corpus , neque inter viuum &
Sanguinem Christi . Vid . Gob . Tr .

3. cas. 3. & alios.

Verba for-
mæ quomo-
do profe-
renda sint.

Verba formæ dupliciter pro-
ferti possunt . Primo , recitativè
historiæ , & materialiter , quando
nimisimum profertur per mo-
dum narrantis . Secundo assertivè ,
formaliter , & significative , quan-
do pronuntiantur per modum
asserentis , & volentis per illa ver-
ba indicari sensum animi sui .
Priori modo proferre verba con-
secrationis nou sufficit ; Neque
enim sufficit verba illa narratoriæ
dicere , & per modum narrantis ,
seu historiam referentis dicere .
Christum post accepitum panem
dixisse : *Hoc est Corpus meum* .
Debet igitur verba consecratio-
nis proferti modo posteriori , id
est formaliter , & significativè .
Sacerdos enim quando consecrat ,
loqui-

UT SACRAMENTO 51

loquitur in persona Christi, adeo que verè & propriè afferit, illud jus persona esse Corpus & Sanguinem suum: proferantur. Nam ut restat loquitur D^r Thom. tur.

q 78. art. 3. in corpore. Ea verba dicuntur à Sacerdote, ac si Christus ea praesentialiter proferret. Cetera tamen, quæ in Canonе præcedunt ipsam consecrationem, solum recitativerè dicuntur. Addunt etiam aliqui illa verba: Qui pro vobis & pro multis effundetur, duci reicitur, quia non profundetur amplius Sanguis Christi. Vid. Gob. l. c. Ubi nota Christum esse principalem sacrificantem, tum quia Christus vult suo nomine à Sacerdotibus hoc Sacrificium Deo Patri offerri, tum quia credibile est, ut notat Suarez cum aliis, Christum singula Saerificia, dum adsumunt, Patri suo offerre. Hoc enim ejus in Patrem reverentia, atque in hunc amori est valde conveniens. Ex quo patet, quam propriè in persona Christi dicat Sacerdos: *Hoc est Corpus meum.*

Ceterum operatur verba consecrationis sequentem effectum, ut iis prolatis destruatur tota substantia panis, & tota substantia vii, & sub illorum accidentibus Explicatur quid ope- restur ver- ba conse- crationis,

52 DE EUCHARISTIA

constituatur eorum loco Corpus
& Sanguis Christi, & ita quidem,
ut sub accidentibus panis vi ver-
borum, id est per se directe & pri-
mariò non ponatur plus, quam
Corpus Christi, licet concomi-
tanter, id est per accidens, indire-
cte, & secundariò ibi simul consti-
tuatur Sanguis, Anima, & Divi-
nitas Christi. Nam vocabulum
Corpus secundum communem
hominum significationem, non
significat Animam, Sanguinem,
Deitatem, sed solam corpoream
molem constantem ossibus, ner-
vis, carne. Similiter sub speciebus
vini non collocatur plus vi ver-
borum, quam Sanguis Christi,
concomitanter autem Corpus,
Anima, Divinitas. Cum enim
Christus decreverit non amplius
suum Corpus existere sine Anima
& Sanguine, juxta illud Apost. ad
Rom. 6. Christus resurgens ex mor-
tuis jam non moritur, mors illi ultra
non dominabitur; Idecirò sit, ut
ubi statuitur unum horum, ibi &
alterum sit concomitanter, sive
per concomitantiam, adeòque ex
decreto Christi unum comitetur
alterum. Vid, Concil. Trid. sess.

33. c. 3.

CA-

C A P U T IV.

*An materia consecrationis debeat
esse consecranti præsens & por-
illius intentionem deter-
minata.*

Materia panis & vini Sacerdoti consecranti debet esse moraliter & sensibilius præsens, nisi & vini quia alias non verificabuntur debet esse pronomina hic & hoc : Ille enim particulæ cum sint demonstratiæ, significant rem præsentem. Unde materia post parietem posita vel clausa in tabernaculo non consecrabitur, quia non est moraliter præsens. Est comm. DD.

Materia panis & vini

Quid si ma-
teria sit post
parietem,
vel clausa

Quoniam pronomina hoc & in tabernaculo juxta proprium sensum, & in eculo, suæ institutionis demonstrant, & significant rem præsentem, quod cum pronon faciunt pronomina illud, ille, nomina: hic &c. Hæc enim vi suæ institutionis etiam significare possunt rem absentem, ut si Petrus in platea mihi loqueretur de aliquo libro meo, non potest dicam ille vel iste liber, et si rint poni absens sit, est meus. Unde si quis pronominis consecraret porendo loco prono-

54 DE EUCHARISTIA

misericordia, proaomen illud, dicendo, illud est Corpus meum, probabiliter validè non consecraret. Vid. Vag. disp. 171. c. 4. Cùm inquam supradicta pronomina proprie sint demonstrativa rei praesentis, hinc circa formam consecrationis duo advertunt Theolog. Primò in consecratione debere materiam esse praesentem, nam ut paulò ante dixi de re distanti aut absenti cum veritate dici non potest hoc vel hic: Quatum autem materia distare possit à consecrante, id disputant Theologi.

Quorum aliqui putant posse distare ad decem passus, alii ad viginti. Vid. Henrig. l. 8. c. 14. Tamen in re dubia sequere, quod tutius est, ad tòq; se materiam consecrandam tibi proxime præsentē habeo. Secundò notant Theologi ex di-

Materia
consecra-
tionis quan-
tum possit
distare à
consecran-
te,

Debet esse
certa & de-
terminata,

ctis pronominiibus materiam debere certam esse & determinatam. De re enim indeterminata hic aut hoc dici non potest v.g. si inter decem homines unus esset infirmus, tu autem nescires, quis ille esset, non poteris verè dicere, hic homo est infirmus, ad hoc enim requiritur, ut determinatè nōris infirmum. Idem est si inter decem

hostias

UT SACRAMENTO. 53

hostias, unam velles consecrare, necesse est, ut per intentionem tuam illam determines, adeoque cum veritate possis dicere hoc, &c. Debet itaque consecrationis materia semper certa esse & determinata per intentionem Sacerdotis: terminata, Non erit autem certa & determinata ex multis nata, si intendas ex multis illas consecrare hostias, quas Deus elegit, aut consecrare partes hostie, quae fracta sacram Hostiam si elegit, &c. mulmansuræ suat, non vero, quæ illa fracta decident, quia nescis, quænam sit illæ hostiae, quas Deus elegit, item igitur illas partes, quæ fracta sacram Hostiam manebunt, aut decident. Vid. Bon.

d4. q. 2. p. 5. Porro ne opus sit Quid die guttis vini extra vel intra Calice cendum de cem detergendas sollicitum esse guttis vini scrupulosè nam laudabiliter facientes illas semper detergendo) cem. bene faciet Sacerdos, si semel pro semper intendat ejusmodi guttas non consecrare, uti nec micas hostiæ adhaerentes: Videtur enim ex probabili sententia esse mens Eccl. 13. ut non consecretur nisi id, tantibus, quod est per modum continui in Calice aut in Hostia. Vid. Laym. lib. 3. tr. 4. c. 2. Suar. Sc. Cui

Item de
micis ho-
stia adhae-

56 DE EUCHARISTIA.

sententia te poteris accommodare ut potè probabili. Quod si forte per errorem arbitrarietis non adfert plures esse nisi tres aut quatuor hostias hostiae, quā consecrandas, essent autem plus Sacerdos res valida erit omnium hostiarum opinetur: consecratio, quia Sacerdos habet implicitam intentionem consecrandi omnes præsentēs: Nemo enim Sacerdotum est, qui non velet consecrare juxta consuetudinem & mentem Ecclesiæ: Hęc est autem meas Ecclesiæ, ut consecrentur omnes præsentes in uno cumulo supra Altare consecratum & corporale posita; ut patet Aut si tem- ex Rubricis Missalis. Quod si ob- pore conse- litus fuisses tempore consecratio- erationis nis aperire Ciborium aut Cali- oblitus fu- cem, in quo sunt Hostiae conse- isses aperire cendae, noli propterea dubitare ciborum, in quo erat de valida consecratione, modo hostiae con- cetera requisita adfuerint. Vid. secrande. Dian. p. 3. tr. 6. ref. 103. Tamb. plures con- &c.

Quanquam Hostiae consecrande debeantur, dæ juxta Rubricas Missalis posseari potest, nende sunt super Altare, antea super alterum Offertorium, quam fiat Offertorium, interdum tamen licet consecrabis eas, modò adhuc ante Præstationem, imò & immediatè ante Consecrationem.

UT SACRAMENTO. 57

v. g. in eo casu, in quo si non consecrarentur, plures oporteret dimittere sine Communione, Sufficit autem istarum hostiarum oblationem in talis casu, mente & non ponere verbis facere. Vid. *Tanb. lib. 2. tur.*, sufficie de *Sacrif. c. 5. §. 2.* Dixi plures, ciētne ob. &c. nam si unus solus absq; Commissio latio hostia munione dimittendus esset, non consecrabis novam hostiam, sed duffringere poteris particulam hostiae minori circiter æqualem ex tua hostia majore, eamque ipsi porrigitur. Vid. *Gav. par. 2. Tit. 20.* & alios, quæ doctrina etiam servire potest, si post consecrationem v. g. moneretur Sacerdos de dando Viatico alicubi subito infirmato in defecitu minorum hostiarum. Habetque hic casus non raro locum tempore pestis.

C A P U T V.

In modo dictis quadam clarissimis elucidantur.

AD meliorem præcedentium. In confectione elucidationem nota sequentia. Primo, quamvis nonnulli sint, qui putent esse tam sacramentum, non habent

C. 5. posse

58 DE EUCHARISTIA.

ur essentia possit haberet in consecratione unius
Sacrificij. speciei , restans tamen requiritur
consecratio utriusque. Quia licet
per consecrationem panis vi ver-
borum praecise ponatur solum
Corpus , adeo que sine anima , &
consequenter ut mortuum , non
tamen ponitur ut violenter occi-
sum , quod requiritur ad rationem
Sacrificii , ut patet in occasione vi-
tulorum , agnorum , aliatarumque
animantium in veteri Testamen-
to , & Christi ipsius in Cruce . Hi-
jusmodi autem Sacrificium cruen-
tum si non physicè tale , saltet
repræsentativè habetur perfectè
in coasercatione utriusque speciei ,
in qua totus Sanguis ad normam
violentæ occasionis . & mactat o-
nis separatus à corpore , non qui-
dem reipsa , nam Christus resur-
gens non moritur , sed vi verbo-
rum . Nam quantum est ex vi ver-
borum ponitur Sanguinis separa-
tus à corpore .

a. Euchari-
stia sub so-
lis specie-
bus panis , quā ra-
tione datur Laicis , restē dicitur
data laicis , unum specie Sacra-mentum , non
est unum quidem specie , physicè , sed mor-
tale completa : Nam tota spiri-
tualis refectio , ob concomitan-
tiā Sauguinis animalis , ac cæ-
terorum

UT SAGRAMENTO. 39

rotum perfectè habétur sub una
specie , adeóque censetur Laicus
manducare Corpus & bibere San-
guinem Christi. Tertiò, sine falsi-
ficatione formæ particula hic nun-
quam potest accipi adverbialiter , eis nunquā
quia pronomen hic significat sub poteſt acci-
stantiam contentam sub speciebus p i adver-
vini ; quæ substantia sub talibus bialiter
speciebus est indifferens ad quem-
cunque locum ; adverbium autem
hic ex vi sua significationis plus
nō significat , quam rem huic loco
affixam esse , & nullo modo con-
tentam sub speciebus panis : Per
hoc enim quod Petrus dicatur esse
hic , nemo intelligit Petrum exi-
stentem sub speciebus panis aut vini ,
sed affixum huic & nō alteri loco .

Quartò. Materia post parietem ,
aut ergum posita non consecra- 4. Materia
tur validè , quia non censetur mo- post parie-
taliter prælens , cùm non possit gum
demonstrari per tò hoc vel hie. posita non
Quod si tamen Sacerdos sic se fecit consecra-
bet , ut cerneret materiam post betur.
se positam , adeóque sufficienter Quid si Sa-
per tò hoc demonstrare posset , se in flecte- cerdos ita
utique validè , et si ob irreveren- ret , ut cer-
tiam illicè consecraret. Ita DD. eret ma-
comes. Quintò , ne angaris circa teriam post
pronuntiationem formæ , utrum se positam

60 DE EUCHARISTIA.

cam dixeris historicè au assertivè,
¶ Non est sufficiet te habuisse aut habere in-
faciendus reationem, formam pronuntia-
scrupulus, sine forma di, quo modo Christus instituit;
antehac hi. Indò si Sacerdos ex errore privato
ficerè, an formam consecrationis semper
assertivè pronuntiasset historicè, adhuc
pronunciata ceasbitur validè colectasse, quia
intentio universalis facieadi, quod
Christus instituit, preponderat er-
rori privato. Vid. Gob. tr. 3. cas. 4.

¶ Christus Sexto Christus manet sub specie-
manet sub bus panis, & vini, etiam sub quavis
speciebus minima parte tamdia, doac illa
Eucharisti- specierum fiat mutatio, vi-
donechæ cujus, substantia panis, & vini na-
turaliter corrumperentur, id est
sic muten- taur, ut sub forma panis & vini, si adessent, ab
tur, ut sub forma ageute contrario per introducio-
panis & vi- nem novæ formæ naturaliter ex-
si, si ades- pelleretur. Septimò Probabile est,
sent, natu- ut docet Cajet. Suar. & alij Eu-
raliter non charistiam toto tempore, quo du-
mannerent, rant ejus species in stomacho,
7. Euchari- causare gratiam, adeoque quo
stia toto plures devotionis actus quis eli-
tempore, cit, eo ampliorem acquirere gra-
quo durant tiam. Causatum namque indoles
species, probabili- est, ut pro ratione subiecti magis
ter causas aut minus d spostit, magnum vel
gratiam. minorem efficiam conferant, id
inquam, quia probabile; hinc ta-
men

UT SACRAMENTO. 61

meno recte iaferes ob majus bo- Non licet
num Spirituale, & augmentum plures hos
gratiae, licitum esse plures sumere Itias sumere
hostias, dum quis communicat, ob majus
quam unam, aut etiam communica- bonum Spi-
tuituro plures idcirco dare. A- rituale, &
liud, est si plures sumerentur ho- gratiae aug-
stiz ob necessitatem, alia nre ju- mentum.
stam causam, ut si v. g. renovandū ccessitas aut
est Sacramentum & hostiae aanti. alia justa
quiiores, ne corrumperetur, consu- causa force
mendæ, aut si forte in loco, in quo sumendi
celebras, non esset occasio resi- plures.
duas hostias decenter aut honestè
affervandi. Ratio prioris est, quia
sumere plures hostias, quam unam
videtur contrariati usui antiquo
Ecclesie in re gravi: Præterquam,
quod si id licitum foret, plurimæ
committerentur superstitiones &
irreverentiae contra tantum My-
sterium. Neque obstat major de-
votio ex diuturniore præsentia Neque ob]
Christi, quia si quaterquis com- majorem
municaret una die, etiam foret devotionem
major de rotio, nec tamen id est
faciendum; cum non debeat ne-
gligi usus Ecclesie, & melius sit,
ratio sables, & reverentiae Chri-
stidebitas consuetudines servare,
quam imprudenti affectui devo-
tioris indulgere (quod potest Sa-

61. DE EUCHARISTIA

cerdotes, qui Rubricis M. Malis in
Sacrificio, illegitimas devotiones
intermissione.) Interim, dum sa-
cram Communionem distribuis,
noli scrupulosè esse anxius, ne
fortè communicanti des plures
quam uam hostiam. Si enim præ-
ter intentionem darentur duæ hos-
tiae à Sacerdote Euch. distribuen-
te, non est de eo magnoperè lebo-
randum, eum nō sit nisi una Com-
munion. Dixi tempore, quo duraat
species in stomacho, nam Eucha-
ristiam propriè manducare & su-
mere cum ejusdem effectu secundum
dum quosdam consistit in traje-
ctione hostiae aut partis illius ex
ore versus stomachum, secundum
alios in receptione ejusdem in sto-
machum, undè si quis hostiam
solo ore exciperet nec deglutiret,
probabiliter gratiam Sacramenti
non reciperet. Vid. Suar. disp. 63.
sec. 4. 5. & seq.

C A P U T VI.

Statuitur Minister Sacramenti
Eucharistia.

Ordinarius
Minister est **O**rdinarius Minister hujus
Sacramenti est solus Sacer-
dos,

dos, extraordinarius in casu ne-
 cessitatis est Diaconus, idque ex
 dos, extra-
 commissione Episcopi, aut Paro-
 chi v. g. si Parochus in magno in casu ne-
 Falso, esset occupatus concio-
 bus, aut coaffectio-
 nibus audiendis,
 poterit dispensationem Euchari-
 stie committere Diacono. Vid. C. copi aut
 presente dist. 92. Hoc tamen vix Parochi-
 practicandam judico, nisi id ferat
 coasuetudo doceicana, propter
 admirationem, & sermones po-
 puli. Inde in extrema necessitate si
 eritens sit mortis pericula, nec
 adsit Sacerdos, qui illam dispen-
 sare possit, recte faciet Diaconus, non adesset
 si se & alios communicet, & quod
 amplius est, si in si nili necessitate
 non esset, qui Eucharistiam mini-
 strare posset, quam homo laicus,
 recte is faciet, si ingressus tem-
 plum lotis manus, super pelliceo
 induitus cum lumine sacra Ho-
 stiam a Sacerdotio sumat, sibique aut
 alteri dispensaret, hoc enim nec juri
 divino, nec Ecclesiastico in casu
 necessitatis repugnat, & si forte
 aliquis textus videatur contradic-
 cere, is de extrema necessitate in-
 telligendus non est. Vid. Palaum
 27. 21. p. 27. 12. Dis. &c. Hoc ta-
 mea faciet Laicus, ut publicè di-
 cat

Quid si in
 casu extre-
 ma necessi-
 tate faciet Diaconus, non adesset
 Sacerdos
 aut Diaconus, qui
 Eucha-
 ristia
 stiam mini-
 straret.

64 DE EUCHARISTIA.

cat se aliquando in scholis audi-
visse, Ecclesiam tam piam in filios
esse matrem, ut in ejusmodi ex-
trema necessitate, nunc quoque
permitat fieri, quod antiquitus
hieri sibi erat. Constat enim anti-
quitus per Lycos frequenter sa-
cram Hostiam in delatam fuisse; hâc
quippè ratione tolletur occasio

Utrum Mi- Scandali. Uade si tu quoque vene-
nister à sus- ris in discrimen vitæ, nec adsit Sa-
cipiente cerdos, qui tibi præbeat hostiam,
Eucharist. præbe ibi ipsi, quia in dispensa-
necessariò tione hujus Sacramenti non est
sit distin- absolute necesse, Ministrum esse
gus. distinctum à suscipiente. Imò
quod amplius est, in magnis Festis
si Sacerdos nequeat facere Sacrum,
poterit ad solatum animæ suæ
absente alio Sacerdote è Sacratio
accipere sacram Hostiam, eamque
sibi ministrare, in quo tamen
scandalum alienum, & offensio-
nem semper cavebis. Vid. Boz-

MAC. q. 5. p. und. 1. SHAR.
& alios.

* *
L *

CAS

CAPUT VII.

*Assignantur requisita ad licitam
Eucharistia dispensationem.*

UT licet dispenses & ministres Eucharistiam requiritur pri-
mò, ut sis prædictus jurisdictione ordinariâ aut delegatâ in illum, ^{Quali jurisdic-}
quem comunicas. **Q**uod si for- ^{tione}
tè in aliena Parochia, aut templo se debeas in
celebres & sub tuo Sacro adesceret, communi-
qui Communionem peteret, noli cantem. **A**
angi, an hanc possis porrigere,
potes enim in tali casu rationabi-
liter præsumere consensum Su-
perioris istius, Ecclesiaz in qua sacri-
ficas. **V**id. *Geb. tr. 4. cas. 21. sect. I.*
Requiritur secundò, ut non defe-
ras ad infirmos, neque dispenses,
nisi cum habitu decenti, id est cum ^{Quo habito}
stola, superpelliceo, vel alba, item- ^{Ministro}
que lumine. Porrò præter lumen, & an neces-
saru cereum à latere Altaris incen- ^{sacra lumi-}
dendum, dum Sacra Communio ne, dum ^{Euch. dis-}
distribuitur; insuper præmittenda ^{pensat.}
est Confessio generalis. Omittens
tamea lumen, & generalem Con-
fessionem secluso scandalo, &
contemptu non peccabit graviter;
quod

66 DE EUCHARISTIA

quoad adhuc veritis est pro eo ca-
su, quo post distributionem prius
factam accedit unus, alterve com-
municandus, si aut non repetatur
confiteor, aut non accendatur
cereus, quamvis ut recte doceat,
Gob. l. c. sett. 2. Ita fieri oportet
, nisi forte quis dicat hanc
posteriorē distributionem cum
priori sic conjunctam videri, ut
cum illa moraliter unam faciat,
præsertim cum in Ministero diffi-
cultas sit ab illo obtinendi repe-
titionem confiteor, & accensio-
nem luminis. *Vid. Dian. part 10.*
tr. 10. ref. 80. Suar. & alios.

Quo incessu Tertio ut, quando defers aug-
deferenda stissimum Sacramentum, id facias
sit Euch. incessu gravi: Neque enim decet
Sacerdotem in habitu Sacerdotali-
cum huc Sacramento per publi-
cum currere. Nogant tamen *Dian.*
art. 10. tr. 16. ref. 80 &c. com-
mitti indecentiam, modo absit pe-
riculum lapsus, & veri, non autem
Pharisaii scandali. Et si quis for-
te esset, qui te currentem rideret,
 cogita illud. *Apost. I. ad Cor. 4.*
Nos stulsi propter Christum. Festi-
nabis igitur quantum decentia
permittit, & infirmi necessitas
exiget, *Dixi non decet per publi-*
cum

eum currere, nam si absque habitu
sacerdotali clam in sinu portares
Eucharistiam corporali, aut pixi-
di inclusam, facilius cursus per-
mitti poterit. Porro Eucharistiam Utrum
in sinu clam portare ad infirmos, Eucharistia
vix tibi licet ob reverentiam in sinu clara
augustissimi Mysterii, & audo- portare li-
tatem Ecclesiae contrarium præ- ceat ad in-
cipientis, nisi gravis te causa firmos,
excusat. Scio contrariam quo-
ruadam virorum timoratorum
praxin, qui, fasti imitatores
Beatissimæ Virginis, Filium suum
per vicos & plateas clam in sinu
deportant, arbitrantur ob solum
solatum, ac devotionem infirmi,
cui, quia solebat frequenter eom-
municare, admodum difficile est,
ab ea consuetudine penitus rece-
dere, sibi licitum esse clam Eucha-
ristiam in sinu ad infirmos defer-
re; aut certe, ut præcepto Ecclesiae
solum aliqua ex parte satisfaciant,
credunt prudenter, & providè se
agere, dum superpellico & stola
induti sicque pallio honeste testi,
socio pariter modicum lumen oc-
cultè præferente, augustissimum
Sacramentum ad infirmum de-
portant; præsertim cum admira-
tiones, dipteris vicinorum, si vi-
deant

88 DE EUCHARISTIA

deant eundem saepius communica-re, justam videantur præbere causam clam in sinu vel certè oecultè, modò paulò ante insinuato, deferendi sacram Communionem. Pro hac praxi videantur stare sequentes rationes. Primum, si ut asserit Medulla P. Busenbaum lib. 6. tr. 3. de Euch. c. 1. dub. 1. art. 2. Secundum quosdam Eucharistia clam deferri potest, quando est tempestas, aut iter faciendum, cur non poterit deferri ob evitandos sermones, risus, ac censuras vicinorum. Cùm hæc morali' judicio videantur æquivalere physice eccl. aut aëris tempestat. Secundò, si ex sententia valdè probabili infirmo licitum est ex sola devotione communicare, fracto jejuo, ut videre est in cit. Medull. Busenb. lib. 6. tr. 3. de Euch. cap. 2. dub. 2. pag. 81. Cur non licet ex eadem causa privatæ devotionis, clam deferre Euch. ad infirmum. Cum utrumque sit juris positivi Ecclesiastici : Et leges humanæ non obligent, quando sine gravi incommodo servari, non possunt, quale in utroque casu est magna difficultas infirmi, qui assuevit ad frequentem communionem. Verum

UT SACRAMENTO. 69

tum hæ rationes quantum ha-
beant probabilitatis , & ac sint
eiusmodi , ut permittant supradic-
tam praxiam ; cui obstat videtur
sex Ecclesiæ statuenteris , ac præci-
pientis sanctissimum Sacramentum
deferri in habitu Sacerdotali , cum
lumine , id prudens lector judicet .
Cerius tamen est jam dicta praxi
Eucharistiam deferri posse in locis
hæreticis , ubi etiam secluso scandalo
potrige poterit sine stola , &
superpelliceo . Licebit etiam tibi
equo mansueto uti ad deferendam
Eucharistiam , si ratio temporis ,
distantia loci , periculum ita sua-
deat . An Mini-
stro Euch.
decat . V. d. Gob. l. c. sed. 2. &c.
Quartò ut canonice seu consecra-
tis digitis sacram Communionem liceat .
dispenses ; si tamen ex justa causa
hieret contrarium , non videtur Quibus di-
peccari saltem graviter , nam tan- gitis Euch.
gens sceleriter hostiam digitis nos fit ministrâ-
canonicis etiam absque causa , non da .
videtur committere irreverentiam
saltem gravem , tota namque ma-
nus censetur consecrata , quando
Sacerdos initiatur . Imò neque Peccabimur
Laicus adhærentem palato ho- laicus ho-
stiam peccabit graviter , si immis- stiam palato
so in os digito eam reverenter adhærentē
solvat , præfertim quando com- dígito reve-
siderter sol-
modè verdo ,

70 DE EUCHARISTIA

modè eam aliter solvere non potest; ac dein digitum lambat & propriâ salivâ decenter abluat. Quod si tamen salivâ aut lingvâ solvi poterit, id utique faciet.

Quo ritu Eucharist. fit distribu-
enda.

Quintò, ut non dispenses nisi juxta ritum in Ecclesia Catholica usitatū. Unde infirmo ob lingvæ atig-
ditatem non dabis Eucharistiam sub speciebus vini, nec homini laico hostiam majorem; hæc enim contrariantur ritibus Ecclesiæ. Est tamen in necessitate permisum, ut magnum hostiam in aliquot partes decenter divisam inter communicantes distribuas. Nullo modo autem opus est, ut infirmo, qui hostiam commodè deglutire non potest, præbeas integrum ho-
stiam minorem, sed sufficit dare parvam particulam, & quidem in liquore v. g. vino, si absque hoc deglutire nequeat; esto sit moraliter certum liquorem citius des-
censurum, quia talis censetur non

Utrum Eu- posse jejonus communicare. Vid.
charist. de- Tann. tom. 5. disp. 5. q. 8. Nun-
ferri possit quam autem licet tibi sacram ad infirmū, Hostiam deferre ad eandem con-
ut videat spiciendam, adorandam ob infir-
illata & mo. Vid. Congreg. Cardin. in Trid.
ado ret. Seff. 3. Can. 7. Quod si dubium sit

UT SACRAMENTO. 71

en reger sic capax sacræ Communionis, licet tibi illam regro deferre; quia forsitan communicare poterit, si nequeat ostendere illam poteris ipsi adorandam, sed non osculandam. Id quippe repugnat praxi Romanæ Ecclesiæ & reverentiae Sacramento debitæ. Vid. Cardin. de Lugo lib. I. cons. mor. dub. II. Barb. &c. Sic ut & repugnat juxta Concil. Trid. Sess. 25.

cap. 10. Si intra claustra monialium Eucharistia afferetur. Non claustra est tamen illicitum sacram Hostiam deferre ad restinguendum incendium, zur sedansam gravem & iquam tempestatem, cum id confirmat P. Gob. trad. 4. c. 11. sed. 14. raro & felici quodam eventu, nec de contraria prohibitione nobis coactet. Sexto, ut non dispenses iis, quos Lex divina vel Ecclesiastica ab hoc angelico pane jubet abstinere, qualis sunt omnes pensari illi, qui vel ex parte animæ vel possunt corporis sunt indispositi & digni suscipiendum hoc Sacmentum.

Et comm. DD: Quod si ex sola confessione constaret indignitas communicantis, non dabis loco Hostie consecratae, esto ipse communicans consentiat, Hostiam

An intra

Monialium

Euch. affer-

vare possit.

Aut deferri

ad restin-

guendum

incendium

vel se dandæ

grayem tē-

pestarem.

Quibus

Euch. dis-

jubet abstineri,

qualsunt omnes pensari

72 DE EUCHARISTIA

communi-
cantis,

non consecratam. Fuerunt qui-
dem authores nonnulli, qui existi-
mabant hoc fieri posse, si & poenit-
tens consentiret, & Sacerdos una
cum Hostia non consecrata, tene-
ret aliam consecratam, ut circum-
stantes debitum objectum suu ad-
orationis haberent. Horum tamen
sententia probanda non est, quia
Sacerdos hoc faciens, quantu in se
est, facie ei reum fastos idololatras,
quia hanc Hostiam credunt esse con-
secratam, adcōque quā talēm ado-
rant. Adde quod simulatio ac
figatio in re tanti momenti omnino
aversanda sit. Vid. S. Thomas. q.80.

Aut pecca-
tor publicè
infamis
subito in-
cidat in pe-
neculum
mortis,

art. 6. ad 2. Quod si peccator pu-
blicè infamis subito incideret in
mortis periculum; ut in illo statu
ip̄i Communione praberit possit,
sufficiet pro temporis conditione
cum ritè confiteri, aut si sequeat,
certa signa contritionis ostendere
Suar. disp. 67 sedl. 2 Tann. &c.
Et si in jam dicto periculo se reum
negaret ejus criminis, cuius gravi
suspitione laborat, ipsi potius
fides habenda erit in tali articulo
quam aliis, ac proinde danda
communio, adhibita nihilominus
seriā admonitione, ut, quod ad
poterit, tollat deinceps occasio-
nem

UT SACRAMENTO. 73

nem suspicionem , & scandalo-
rum. Vid. Gob. tr. 4. c. 21. sect. 1.
Denique requiritur , ut non sit
in censura aliqua Ecclesiastica ,
qua^r prohibeat Sacerdotem ab
hoc Ministerio. De confessione &
statu gratia p^rærequisito dicetur
infra.

Parochus , ut Eucharistiam op- Euch an
potius perentibus possit submi- asservanda
nistare , teneat illam asservare sit cum lu-
cum lumine in Ecclesia , & non mine in Ec-
clesia .
alibi. Et quidem si eo sciente , &
consentiente lampas ante Vene-
rabile integro die non ardeat , vi-
detur graviter peccare , quia Pau-
lus V. in suo rituali mandat con-
tinuò ardere lampadem , & Theo-
logi passim rigide exigunt , ut
tempore Sacrificii lumen sit sem-
per accensum , quorum ratio facilè
accommodabitur Eucharistiae in
templo asservata. Plurib^s tamen
locis partim ob inopiam , partim
ob longam consuetudinem hæc
doctrina tam severè non obser-
verur , quam etiam universaliter
in casto rigore non esse admit-
tendam ceaser. Gob. l.c.

scilicet, I. Marchant.

&c.

D

CA-

C A P U T V I I I .

*Quid Religiosi liceat circa Eucha-
ristia dispensationem.*

Poterunt **R**eligiosi mendicantes per pri-
illam mini- vilegia tum Corpori juris
strare cuivis insetta , tum particulatio possunt
fideli in suis Eucharistiam in suis Ecclesias
Ecclesias: præbere cuivis fideli , imò etiam
Insuper da alteri simplici Sacerdoti dare fa-
re facultate facultatem illam isthie præbendi,
tem simpli Vid. Suar. Tom. 4. de Relig. tr. 10.
ei Sacerdoti l. 9 c. 3. Kon. &c. Quæ facultas
illam isthie præbendi. etiam à Sacristano concedi potest,
ut docet Henrig. Sa. Palau, tr. 21.

Quid istis *punct. 19.* Excipe hinc festum Pa-
liceat in fe- schatis , itemque articulum mor-
sto Pascha- tis , in quo id religiosis neque per-
tis vel in ar- se nequid per alium licet. In scertis
ticulo mor- tamen casibus licebit , in quibus
tis. aut jus Parochorum non laeditur ,

ut sit in iis , qui præcepto Commu-
nionis Paschalis satisfecerunt aut
in quibus Parochi ratiocabiliter
non possunt esse inviti , ut si adesset
gravis aut extrema necessitas ab-
senie Parochio. Vid. Fagund. præ-
cep. 3. l. 3 c. 2. Possunt tamen
Episcopi prohibere regularibus ,

ne

ne ipsâ Dominicâ Resurrectionis ulli Eucharistiam administrent, etiam illis, qui antea præcepto satisfecerunt. Ita enim habet expressa Declarationis Cardinalium Anno 1644. cui Declarationi subscriptis Innoc. X. temporis illius Pontifex. Probabile etiam est extra Dominicam Resurrectionis in Ecclesiis Regularium quovis alio die intra tempus Paschale posse satisfieri præcepto Communionis. Nititur enim scatentia ista probabilibus rationibus, præsertim cum non satis constet de mente Pontificum, an festum Paschæ acceperint materialiter an formaliter, id est, an acceperint pro sola Dominicâ Resurrectionis, an pro toto tempore Paschali, habere que hæc sententia probatos pro se auctores. Nec obstat Declarationis Congregationis, quæ hoc ipsum videtur prohibere Religiosis: Cum enim verba dictæ Congregationis sint ejusmodi, ut in utramque partem ab eruditisprobabiliter disputentur, poterit quisque illa interpretari juxta sensum sibi magis favorabilem. Judico tamen hanc sententiam in usum non esse deducendam, si

96 DE EUCHARISTIA

per eam datur occasio admiracionis in populo, vel querelarum in Prælatis aut Parochiis. Quæ si absint, licet eandem sequentis. Vid. Tamb. in Meth. Comm. e. 4. § 4.

C A P U T I X.

Quid circa Communione puerorum aut puellarum observandum.

Omnes fidèles post usum rationis adeptū tenentur communicare in articulo mortis & extra hunc dem in articulo mortis per modum articulum semel in anno, idque festo Paschatis.

Cum antè adeptum rationis usum nemini sit porrigenda Eucharistia, pro ut patet ex præsentiam temporum; post usum vero rationis omnes certis temporibus ad sumendum hoc epulum graviter sint obligati, & quidem in articulo mortis per modum viatici, quo confortati ingredientur viam æternitatis. Vid. Vasq. Tom. 3. in 3. pare. disp. 214. & alios, extra hunc vero articulum saltem semel in anno, idque in festo Paschatis: Nam in Can, de penit. & remiss., Omnis utriusque, &c. præcipitur; ut omnes fidèles, cum ad annos discretionis pervenerit, confiteantur semel in anno, si sibi sunt concisi peccati mos.

UT SACRAMENTO. 77

mortalis, & suscipiant reverenter
Eucharistie Sacramentum. Cen-
sentur autem illi pervenisse ad an-
nos discretionis, qui neverunt dis-
cernere inter bonum & malum, ad annos
seu peccare mortaliter. Vid. *Pala-*
trali. 3. disp. 1. punt. 24. §. 2.

Quinam di-
cendi sint
pervenisse
ad annos
discretio-
nis?

Unde licet aliquis quidem usus
rationis communiter sit in pueris
ac pueris statim post expletum
septenium, prout inde patet,
quod sponsalia exacto primo sep-
tennio à jure suppomantur subsi-
stere, nisi forte post pubertatem
per alterutius penitentiam dis-
solvatur. Hæc autem iuris sup-
positio non foret legitima, nisi in
illa ætate jam adesset aliquis ra-
tionis usus. Vid. *Cap. literas. Go-*
sap. accessit de respons. impub. In-
certum tamen sit, ut docet Suar.
Galij, quæ ætate pueri incipiunt
doli esse capaces, sive pertingant
ad plenum rationis usum, & dis-
cretionem necessariam ad peccan-
dum mortaliter. Quæ quidem Et quo an-
discretio quibusdam anno octavo noætatis,
aut nono, aliis decimo, aut duce pueri aut
decimo, quibusdam vix decimo puellæ hos
annos atti-
quarto, communiter tamen om-
nibus inter decimum & decimum
quartum contingit. Pro pueris

D 3 igitur

78 DE EUCHARISTIA

Pueri ger-
mani aut
puellæ utrū
possint dif-
fieri ad unū
alterūmve
annum post
sufficientē
intelligen-
tiam rerum
ad Euch.
spectantū.

Quid si ali-
cubi con-
suetudo
obtineat,
ut non ad-
mittantur
ante annum
decimum
quarum,

igitur germanis , itemque puellis
communicaturis observabis se-
quentia. I. Potest differri Com-
munionis in unum alterumve annum
etiam postquam talis puer satis est
intelligens rerum ad illam ritè
obeundam spectantium. Decet
enim , ut ad hoc augustinissimum
Mysterium, cui singularis debetur
reverentia , his præsertim tempo-
ribus , quibus ab hereticis com-
temnitur, pueri tam immaturi non
admittantur. Adde quod Henrīq.
Sotus, Val. tr. 21. pugn. 10. & alii
negent præceptum annuæ Com-
munionis extendi ad nondum
egressos annum ætatis undecimū,
Secundò, Non delinquent, qui ter-
ritoriis consuetudinem secuti absti-
nent usque ad annum decimum
quartum. Vid. Cajet. V. comm.
Henrīq. & alii contra alios. Fortè
quia majores talium locorum sibi
persuaserunt pueros vix ad annos
discretions citius pertingere ,
quam expleverint annum deci-
mum quartum : Laudabiliter ta-
men faciunt Parochi , qui hanc
consuetudinem , ubi plebs est do-
cilior , emendare student ; præser-
tim cum hæc consuetudo cit. can.
omnis utriusque , contrariari vi-
deatur ,

UT SACRAMENTO. 79

deatur, eo quod anni discretionis
maturius adesse soleant. Tertio,
Pueri, pueræque ad sacram Commu-
nionem passim non admittan-
tur nisi inter annum decimum, &
decimum quartum, raro post possint,
duodecimum, & raro ante deci-
mum, quia in rebus dubiis obser-
vari solet, quod plerumque fieri
consuevit. Intra præfatos autem
annos decimum scilicet & deci-
mum quartum apud nos Germa-
nos fieri solet, ut parvuli ad ple-
num rationis usum pertingant, &
doli capaces esse incipient, unde
nisi peculiaris ratio obsistat, se-
cure observabitur terminis intra
duos supra nominatos annos. Vid.

Tann disp. 5. q. 8. Quod etiam
extra scrupulum servabis circa
pueros maturioris ingenii, quia
ad illa debet aptari ius, quæ fre-
quenter eveniant. Nam ad ea §.
de leg. Quæ omnia ex eo luculent-
tius confirmantur, quod supra-
dictus Canon præcipiat, ut fideles
reverenter suscipiant sacram Commu-
nionem; quam sufficientem
reverentiam jam dicti anni in
pueris ac pueris opportunè con-
ciliabunt. & quidem quæ haec
nus dicta sunt etiam locum ha-

Intra ques-

ætatis an-

nes passim

admitti

decimum quartum, raro post possint,

duodecimum, & raro ante deci-

mum, quia in rebus dubiis obser-

vari solet, quod plerumque fieri

consuevit. Intra præfatos autem

annos decimum scilicet & deci-

mum quartum apud nos Germa-

nos fieri solet, ut parvuli ad ple-

num rationis usum pertingant, &

doli capaces esse incipient, unde

nisi peculiari

ratio obsistat, se-

cure

observabitur terminis intra

duos supra nominatos annos. Vid.

Quid dicō.
dum de pu-
ero matu-
rioris in-
genii:

Aut moni-
bunio.

80 DE EUCHARISTIA.

bent in pueris moribundis. Ita probabilitter *Nav. cap. 21. n. 57.* *Vasq.* cum aliis, quia obligatio divini præcepti, quo obligamur ad Communione non citius oritur, quam obligatio præcepti Ecclesiastici. *Smar. tamen. Rhodes Tom 2. Theol. Scholast. dispol. de Eucharistia q. 2.* cum aliis censet puerum puellamve Sacramentalis Confessionis capaces, in extremis esse necessario muniendos sacro Viatico. Quæ sententia utpote magis pia, ubi commode potest, in usum non male redigetur; præfertim si petat sacram Communionem puer ostennis, aut novennis.

C A P U T X.

De Communione in Paschate, & mortis articulo à fidelibus facienda.

Qui dies
nomine
Paschæ in-

Cum superius dictum sit, omnes fideles ad minus in Paschæ infante teneri suscipere sacram Communionem; sciendum est, nomine Paschæ jure communii eos intelligi dies, qui numerantur à die Palmaturum

UT SACRAMENTO. 81

marum usque ad Dominicam in
albis inclusivè , ita ut quolibet
horum dierum possit præcepto sa-
tisfieri. Quamvis alibi tempus
Paschale totam Quadragesimam
completatur , aut etiam in qui-
busdam locis duas hebdomadas
ante Pascha , & duas post compre-
hendat. Potestque Confessorius ex
justa & ob notabile incommodum
poenitentis rationabili causa hoc
tempus extenderet. Vnde Bon. disp.
4. q. 7. p. 1. ss. & alios. Ubi nota
rendere.

Si contingetur festum Annuntiatione

Virginis , aut alterius ejusdem
sancti , in Sabbathum præcedens
Dominicam Palmarum anticipatio
transfersi , communicans in ejus-
modi Festo satisfaciet præcepto
Ecclesiaz , ut Geb. tr. 4. cas. 3. pro-
bat ex rationabili & præscripta
consuetudine , præterquam quod
parum distat , nihil dicitare videa-
tur , & taliter communicans mo-
raliter videatur facere Commu-
nicationem intra tempus Paschale.

Qui tempore Paschatis vel noluit
cum posset , vel non potuit , cum
vellet communicare , secundum
Sylv. Henrig. &c. non tenetur
compensare ommissam Commu-
nicationem , secundum Laym. Bonac.

An Confes-
sarius tem-
pus pascha-
le possit ex-

Quid si
sabbatho
præcedente
dominicam
Palmarum
festo eo
die occur-
rente quis
communi-
care:

Impeditus
in Paschate
an alio tē-
pore tenea-
tur com-
municare.

D

&c.

82 DE EUCHARISTIA

&c. tenetur: Nam quando præceptum aliquod, unum præcipit principaliter, alterum verò secundariò, et si hoc quod secundarium est, negligatur, aut servari non possit, debet tamea impleri, quod principale est. Sicuti Confessarius præcipiebat jejunium die Sabbathi, si pœnitens eâ die non jejunet, debet aliâ jejunare. Sic principalis Ecclesiæ intentio videtur esse obligandi fideles ad Communionem singulis saltem annis semel sumendam, secundariò autem determinat tempus Paschale. Similiter qui prævidet

Aut prævidens se impediendum à sacra Communione in Paschate, secundum quosdam tenetur prævenire, & alio die communicare, secundum alios non tenetur, utrumque probabiliter. Vid. Azor. Tom. I. l. 70 c. 41. q. ult. &c. Alii tamen rectius cum Laym. lib. 5. tr. 4. c. 5. ita distinguunt; aut jam semel illo anno communicasti, aut non, si communicasti, non est juxta Superiorum sententiam obligatio præveniendi; si non communicasti, obligaris, quia delinques contra præceptum, non quidem Paschalis, sed annua Communionis

UT SACRAMENTO. 33

nis : Teneamus quippe singulis
annis adire semel sacram Com-
munionem , & haec distinctio ma-
xime probanda est. Nullo autem
modo satisfit præcepto Paschali
per Communionem sacrilegam ,
id est iudiciale sumptum . Vid.
Sent. damn. ab Innoc. XI. n. 55.
Debet autem Communio Paschali-
lis sub gravi obligatione fieri in
Ecclesia Parochiali , dum enim ju-
bemur eam percipere de in anu-
Parochi , id sane alibi fieri non
potest , quam in Ecclesia Paro-
chiali , quod intelligi nisi ex pri-
vilegio vel proprio vel alieno tibi
alibi communicare licet . g. in
Ecclesia Regularium . Possunt ta-
men excusari , qui in Ecclesia Ca-
thedrali communicant , ubi non
constat de contraria legitima con-
suetudine . Ed quod in hac Ecclesia
ad sit Episcopus totius diœcesis
Pastor . Vid. Tamb. in Meth. comm.
cap. 4. §. 4. Sic etiam excusantur
ii extra Parochiam communica-
tes , in quibus prudenter præsumi
potest tacitus consensus Pastoris ,
qualis subinde , est non semper
præsumi posset in milibus præ-
dictariorum , aulicis , studiosis , aliisque .

Vid. Laym. l. 5. nn. 4. cap. 7.

An præce-
pro pascha-
li satisfieri
possit per
Commu-
nionem sa-
crilegam .
Quo loco
communio
paschalis
feridebeat

Quid dicē-
dum de illis
in quibus
prudenter
præsumitur
consensus
Pastoris .

84 DE EUCHARISTIA.

num. 4. *Medull. Bus. Lib. IV. tr. 3.
de Euch. 6. 1. d. 1. p. 166. Tamb. b.c.*

*Item de ad-
venis, pere-
grinis, va-
gis.*

*Similiter excusantur advenæ, per-
eigrini, vagi, qui ob distantiam
nequeunt adire propriam Paro-
chiam. Hi enim satis facient com-
municando vel in Parochia, in qua
sunt, vel certè in Ecclesiis Regula-
rium, & licet Authores hos non
obligent ad communicandum ex-
tra Parochiam, longè tamen pro-
babilius est eos ad hoc teneri juxta
commune adagium: Qui non po-
test facere, quomodo tenetur, ten-
etur facere modo, quo potest. V. d.
Gob. 2r. 4. cas. 5. Ceterum poenæ, quæ*

Qualis pœnæ statuitur negligentibus annua-
na statuta vel Paschalem Communionem,
in negligē- ut nimirum vivi arceantur ab Ec-
tes annuam clesia, mortui Ecclesiastice sepul-
vel pascha- turā preventur, non est latæ, sed
lem Com- ferendæ sententiae. Quare Patro-
munionem. chi, cum jurisdictione in foro
Quid circa externo careant, non facilè alicui
hanc ser- eam inferre debent, nisi prius
vandum monito, & jubente ordinatio,
Parochis. præfertim si omisso Confessionis
vel communis aliquâ causâ ex-
cusari posse videatur. Inspicien-
dæ etiam sunt in ea re speciales
Diocesum consuetudines. *Gob.*
loc. cit. cas. 3. Quid autem vult
Gauamus,

DE SACRAMENTO. 85

Gavant. p. 4. Tit. 1. n. 8. Omnes

Sacerdotes Feria V. in Cœna Domini teneri communicare de manu Superioris representantis Christum, in ultima Cœna suos antur feia discipulos communicantem. Id V. in Cœna alii negant respondentes verba Domini Congregationis id jubentis Anno 1606. à p̄fato Authore allegata, non inducere vim obligationis, co quod h̄c Declaratio non obtineat vim legis ob defectum unius aut plurium Conditionum necessariarum ad hoc, ut Declarationes Cardinalium habeant vim legis.

Utrum omnibus sacerdotibus dotes teneantur?

Protestò in Germania vel iugaoratur h̄c Declaratio vel usu recepta non est tanquā obligatoria. Nam plures Germani Theologi docent licere curvis Sacerdoti eo die privatim Sacrum celebrare. Sacerdos more laico autem more laico communicans communem conformiter consuetudini Ecclesiæ stolam induere debeat, hauc peccet omissus an mittendo taliter.

Vid. Barbos, de Paschate c. 20. Item Henrīq. Bonac, &c. testantes hunc stolæ usum alibi non observari. Sicut autem fidèles in Paschate sub gravi obligatione teantur communicare;

Qualiter

Dicitur summa:

fideles obr-
ligentur ad
sumendum
Euch. in
articulo
mortis.

An manè
cōmunicans
si sub ves-
perum inci-
ciderec in
periculum
mortis, ite-
rum com-
municare
segeatur,

sumendum in articulo mortis sa-
crum Viaticum, id est, quando
sunt in periculo mortis vel certo
vel probabilitate insinuatis, nisi
forte paucis v. g. osto diebus an te
sacram Eucharistiam sumpssent:

Talis enim sumptio habetur pro
sūptione Viatici secundum *Suar. de*
Euch. disp. 69. sedl. 1. &c.

Contra
Dianam part. 5. tr. 3. resol. 33. &
quoddam alios, qui non impre-
babliter volunt cum, qui manè
sumpsit sacram Communionem
nihil cogitans de morte, si sub
vesperum incidat in periculum
mortis, iterum teneri communi-
care, faciānque Communionem
sumere per modum Viatici; verū
hæc obligatio ab aliis non agno-
scitur, imò probabilius judicant,
id non licere, quia Ecclesia nec
tacitè nec expressè unquam ex-
cepit hunc casum improvise mor-
tis à communi lege, quā jubemur
Eucharistiam tantum semel & jē
juni sumere. Interim non caret
probabilitate sententia, quæ per-
mittit in prædicto casu duplicem
unius dicti Communionem. Vid.

*Quintanadu de Euch Sing 9.
num. 6. &c.*

CÀPUT XI.

*Quid dicendum de perpetuò amen.
tibus, semifatuis, surdis simul
& mutis.*

PErpetuò ameatibus nunquam Perpetuò
ptæbenda est Eucharistia. Vid. amentes
Tamb. in Meth. Comm. c. 4. §. 1. nunquam
Si tamen aliquando rationis com- fuit com-
potes, & rerum divinarum gnosi municandi,
fuerint, potest & debet illis dari quando ra- Quid si ali-
in articulo mortis, modò absit pe- tions com-
riculum irreverentiae, nec constet potes, & re- decorum statu in peccato mortali. rum divi-
S. Thom. 3. p. q. 80. art. 9. &c natum gna-
Censendi etiam sunt illud Sacra- ri fuerint.
mentum petuisse, hoc ipso, quod
aliquamdiu piè vixerint. Semi- Quando
fatuis, qui infirmo rationis usu semifatuis
imbuti sunt, sufficienti tamen ad communio
Absolutionem Sacramentalem, in dari possit.
Paschate & extremo agone Com-
munio præberi potest; imò extra
hæc tempora juxta prudens Com-
fessarii judicium dari sèpiùs po-
terit pro ratione æratis, institutio-
nis, modestiae, &c. Vid. Tann. Gob. Item surdis
tr. 4. cas 7. Surdis, & simul mu- & simul
tis potest sacra Communio dari in mutis.

Pascha,

Paschate & meritis articulo , si industria domesticorum ita sint informati , ut licet forte non capiant omnia ad hujus Sacramenti substantiam pertinentia , non tamen ad illud accedant tanquam ad cibum profanum , sed spiritualem , institutum pro salute animæ : & hoc sufficit , ut possit illis dati Eucharistia in ætate competente , an autem sapienter dati possit , id decernat Coateslatius , pro ratione molestiæ & aliarum circumstan-
tiarum . Vid . Laym de Eucharist . c . 4 . Pat . tr . 21 . p . 10 . &c .

CAPUT XII.

*De dispositione anime ad dignè suo
sciriendam Eucharistiam .*

Existenti in
peccato
mortali
præmitte-
da est con-
fessio .

Ad digne suscipiendum hoc Augustissimum Mysterium requiritur ex parte animæ tanquam necessaria disposicio status gratiaræ . Proinde existenti in mortali ante sumptionem Eucharistiae necessariæ præmittenda est Confessio , et si probabilissime se credit . Analiquando sufficiat . sess . 14 . 6 . 7 . Excede nisi sit neces-
sitas

UT SACRAMENTO. 89

sitas communicandi aut celebran- sola con-
di & desit Confessarius , illo enim trito.

casu sufficit esse contritum. Cæ-

terum is , qui dubitat utrum pec- Quid si quis
carit mortaliter , non necessarij dubitet de
confitebitur, quia Trid. solum lo- peccato
quitur de iis , qui sunt consciij pee- mortali.

cati mortalis. Nemo autem dicit
ejus se esse conscientium , de quo
dubit. Vid. Henr. l. 8. c. 45.

Se. & alios contra alios , quorum
sententia tutior est & probabiliors:

Multo autem minus ad Confes-
sionem obligabitur , qui dubitans
habet opinionem probabilem se
non peccasse mortaliter ; et si hæc
opinio etiam minus probabilis
videatur eâ , quâ opinatur se pec-
casse graviter , quia sequitur sen-
tentiam probabilem. Vid. Melch.

Flavium in 4 dist. 9. Qui ante
Communionem depicere dicit illud

peccatum , de quo se sub dubio ac- Deprehendit
cusavit esse certum , probabilitate dens pecca-
non tenetur redire ad Confessio- tam , quod
nem. Talis enim directè absoluens confessus
fuit ab illo peccato , adicō que non est esse cer-
apparet acc̄sitas recurrendi ad cum , utrum
novam Absolutionem. Vid. Tamb. tencatur
in Meth. Confess. lib. 2. cap. 1. punct. redire ad
2. , Pellizar. Contra Dian. p. 9. confessione.
t. 3. res. 6. & alios , qui censent

ad

90 DE EUCHARISTIA

ad Confessionem recurrentum
esse , quod utique tuius est. Ubi

Quid facies
qui adhibi-
tā debitā
diligenciam
ad confessi-
onē requisi-
tā, leviter
dubitāt, de
peccato
gravi sortē
in confessi-
one omisso.

simul studiosè observa , cum , qui
solicitè se parat ad Confessionem ,
camque etiam cum debita dili-
gentia exequitur , si illi occurrat
leve dubium de aliquo peccato
gravi sortē in Confessione omis-
so , poterit præsumere id à seritè
confessum fuisse , idem est in
aliis , quiv. g. solent solicitè Ho-
ras recitare , aut quæ vovent exea-

qui : ii enim restat præsumere oc-
currentē levi dubio se omnia ritè
explevisse . Talis enim habet præ-
sumptionem pro se fundatam in
communiter contingentibus , ea
enim præsumimus facta , q. uæ
communiter fieri solent , adeò que
in his maximè valer regula juris.
In dubio factum præsumitur ,
quod de jure faciendum erat , id
est , quod ex officio , & legitima
obligatione faciendum erat , id
vel maximè factum præsumi-
tur , quando operans in officio
& obligatione implenda non solet
esse negligens . Vix enim fieri so-
let , ut hujusmodi homo negligat ,
quæ sibi facienda incumbunt . Si
quis tamen negligens esset in his
explendis , quæ sunt obligacionis

suis ,

suæ , qualis certè sunt plurimi , de
 his valet altera regula , in dubio
 factum non præsumitur , sed pro-
 bar i debet , & hoc est , quod vo-
 lunt asserere Doctores , quando in
 dubio legis aut voti , &c. dicunt
 legem esse in possessione , ad cōque
 dubitanti probandum esse , à se le-
 gem impletam fuisse. Ita DD.
 comm. Quod attinet ad peccata
 venialia , hæc non impedit utrum pec-
 cata venia-
 lia impe-
 diant com-
 mun in em.
 lium nullo dolore aut confessione
 præmissâ , absque tamen compla-
 centia & affectu ad illa , accedit
 sacram Communionem. Dixi per
 se , quia potest fieri Communio ve-
 nialiter culpabilis propter mialam
 circumstantiam v. g. malum si-
 nenu , pura vanam gloriam , &c.
 ratio jam dictæ sententiae est , quia
 spectata hominum fragilitate , &
 venialium peccatorum tenuitate
 fideles non videntur obligati ad
 hanc specialem reverentiam , nul-
 las habendi veniales maculas. Vid.
 Tann. Tom. 4. disp. 5. q 8. Rhodes.
 Suar. & alios. Verum contraria
 sententia multò mihi probabilior
 videtur , quia irreverentia censetur
 esse

92 DE EUCHARISTIA.

esse cum ejusmodi maculis quamvis levibus, quas cum ueste sup-tati aliquantum torrida, tanto convivio interesse, præsertim cum seculares omnes a se maculam arceant, principalem mensam accessuri. V d. De Hugo de Euch, dispe-
14. seq. 2. &c. Proin summatum, quam potes, ad hoc divinissimum epulum, affer cordis munditatem. Et licet quædam ex jam dictis sententiis videantur probabiles, tu tamen ipse cautè illis uteris, nec alios facile juxtaillas diriges, præsertim si fuerint tenerioris conscientia, quibus ea, quæ modò ditta, facile scandalum esse possunt. Unde licet dubitus de peccato mortali probabiliter non tenetur hoc dubium confiteri, tutius tamen erit, & multò probabilius, ac reverenter Sacramenti convenientius, si hoc dubium peccatum per Confessionem expiatur. Eadem ratio est de his, quæ diximus de peccatis venialibus non nec-cessario dolore aut con-fessione expiandis.



CA:

C A P U T XIII.

*Explicatur necessitas celebrandi aut
communicandi , que in defectu con-
fessarij excusat communicaturum ,
à confessione mortalium ne-
cessario premittenda.*

Dictum est superiori capite , Non sufficit
nisi sit necessitas , & desit confessarius , ubi nomine necessi-
tatis non intelligitur qualisq; & urgens.
sed gravis , & urgens , qualis fere
esse solet in triplici iam dicendo
casu. Primo , quando Sacerdoti ex
officio incumbit celebrare , & ipsi
de se copia Confessarii . *Trid. sess.* Eritne talis,
13. c. 7. Ita Parocho ex officio id- quando Isa-
cerdoti ex
cumbit celebrare festis & domini- officio in-
cis , item pro defuncto praesente , cumbit ce-
aut benedictione nuptiarum , vel lebrare ,
cum pro moribundo debet consi-
cere viaticum , similiter quando
Sacerdos simplex rogatur ab aliis ,
de festo nos habentibus , qui ipsis
Sacrum legant , aut quando ipse
carere debet sacro die festo , vel *Antquando*
tempore Paschatis omittere Com cogitur ca-
munionem paschalem . *Quamvis* tere sacro
id alii negent arbitrantes praece- die festo ,
ptum juris divini , quale esse vo- vel com-
lun munione
paschale

94 DE EUCHARISTIA

lunt de præmittenda confessione
ante Communionem, præferendū
esse præcepto Ecclesiastico de
Sacro aut Communione paschali;
Verū non est certum confessio-
nem mortalium Communioni esse
præmittendam vi præcepti divini,
imò probabile est solum id fieri
debere præcepti Ecclesiastici, ut
docent *Suar. Less.* & alii contra

Aut quando accepto stipendio pro dicendis Missis, ha differi non possunt; aut Capellanus ratione Capellaniæ tenetur facere Sacrum. In his enim casibus censetur Sacerdoti probabilitet in-
cumberare celebrare ex officio. Quæ
tamen omnia ita intelligenda vi-
dentur, si videlicet non possit aliū
alium facile substituere. Vid. *Geb. tr. 4.*
cas. 16. Secundò, quando incha-
to jam Sacro vel recordatur pec-
cati mortalis ante admissi, vel no-
vata committit. Non enim tenet
ur recedere ab Altari ut confitea-
tur, quia vix sine scandalo fieri po-
test talis recessus, & nimis inde-
corè Sacrum abruinpit per re-
cessum ab Altari. Neque tenetur
advocare ad se Sacerdotem, cui
confiteatur, ob utramque jam di-

*Quid si in
his casibus
possit sub-
stituere.
Vel quando
Sacerdos
jam coepit
Sacro re-
cordatur
peccati
mortalis,
aut novum
admittit*

stare

UT SACRAMENTO. 95

Qam causam, nisi forte habet Sacerdotem alium sibi ministrantem, vel Sacrum interrumpatur Concone, atque ita sine incommodo conficeri valcat. Tertio, quando Laicus nequit omittere

Communionem sine ignominia & gravi nota; ut si in scandalo quando laicorum communicantium recordetur mortalis, ante vel post ultimam Confessionem commissi; Atque in his casibus jam dictis, loco Confessionis praemittenda erit Contritio: Quod sitamen ob brevitatem temporis, aut mentis perturbationem, urgente necessitate communicandi, non posses contiri, exhibito conatu conterendi, excusaberis a peccato; qua in viso casu, ut potest indispositus, gratiam non accipies; nisi forte credens te esse contritum, sis duntaxat attritus: Jam etiam ex probabili plurium sententia gratiam obtinebis. Si recorderis peccati mortali s ante ultimam Confessionem admitti, non teacheris de illo in praeceptis circumstantiis novum dolorem elicere; si ante Confessionem eliceris dolorem, ex motivo extende se ad omnia peccata, & consequenter ad illud

Aut denique; quando laicus sine ignominia & gravi nota nequit omittere communionem. Eritne in similibus casibus praemittenda contritio. Quid si ob mentis perturbationem non posses contiri.

Quid si recorderetur peccati mortaliter ante ultimam confessio-

nem admis-

si.

iliud oblitum. Quia per prædictam Confessionem statum gratiæ obtinuisti, & justificatus es. Hinc tamen non rectè inferes, ut non nulli docuerunt, non tenerite redire ad Confessionem, si recorderis peccati mortalis in ultima Confessione oblii; eò quod per factam priorem Confessionem justificatus fueris. Nam hæc scientia, præterquam quod ab inquisitione Hispanæ reprobata sit, communī praxi ac consuetudini contrariatur. Ut proinde rectè concludamus, præceptum Confessionis præmitendz ante sacram Communionem, non solum esse de Confessione integra formaliter, sed etiam materialiter tali,

Quando censabitur deesse copia Confessarii.

Gob. l. c. Porro Confessarius esse censabitur, quando nulla haberi potest, nisi cum magna difficultate, quæ difficultas estimari debet, expendendo disternitiam loci, debilitatem virium, &c. vel si adhuc quidem alias Sacerdos, sed is caret jurisdictione; vel cui non possis sine gravi damno tuo vel alieno confessari. Circa quæ observandum est Decretum Concilij Tridentini sessi 13. 6. 7. quo præcipitur Sacerdotibus, ut si urgente accessu-

UT SACRAMENTO. 97

necessitate absque prævia Co-
fessione celebraverint, quamprī-
mum confiteantur. Quæ particula
quamprimum, atq; significet se-
cundum. *Dian.* Et alios plures
Doctores teneri Sacerdotem in-
tra triduum, & quidem sub mor-
tali confitenti à lecto Sacro. Exi-
stimat enim Sacerdotem illum
confiteri quamprimum, qui salte
intratriduum confessus fuerit: &
hoc sententia est communis, mul-
tiū mque probabilis. Atii tamen
putarunt hanc particulam esse
meri consilli; Adeoque Sacerdo-
tem non peccaturum, modò con-
fiteatur tunc, quando iterum est
celebraturus. Verum hæc sen-
tentia ab *Alexandro VII.* num. 38.
doceri & practicari est prohibita:
Videtur tamen non improbatum,
hoc præceptum solùm obligare
sub veniali. *Vid.* *Tamb* in meth.
comm c. i. §. 6. *Ledej* m. &c. Com-
munior tamen & probabilior sen-
tentia est, obligare sub mortali,
quia materia præcepti videtur esse
gravis, & multū conduceens ad
venerationem hujus Mysterii con-
servandam; Ad òque Sacerdos
tenerit sub gravi obligatione
confiteri quamprimum, id est ter-

98 DE EUCHARISTIA

tio saltem die post Sacrum sine
prævia confessione factum ; esto
non habeat animum celebrandi,
aut nullo alio titulo ad confessio-
nem obligetur. Hoc tamen præ-
ceptum probabiliter non obligat
illos Sacerdotes , qui habentes
occasionei confitendi , eā non
utuntur , vel ex obliuione , vel
inadvertentia sui malis statūs : Imò
etiam ex malitia , quia verba Con-
cilii eos solos comprehendunt , qui
confessionem omiserunt urgente
necessitate. Vid. Gob. tr. 3. cas.
16. Tamb. Dian. &c.

C A P U T XIV.

De dispositione corporis ad dignè
suscepīendam Eucharistiam.

Quid dicē-
dum de ma-
nulis , aut
alia corpo-
ris immun-
ditia.

Q uod attinet ad dispositionem
corporis ; certum est nullas
maculas , aut aliā corporis immu-
nditiae per se loquendo Commandio-
nem impedire. Quia ad hujus Sa-
cramenti susceptionē non requiri-
tur tam maculæ corporis , quam
animæ. Sunt tamen hujusmodi
corporis immunditiae propter de-
centiam , quantum fieri potest ,
ame-

UT SACRAMENTO. 99

amovenia. Proinde vestium or-
natus non est hic magnopere at-
tendeandus. Et licet nunc quidem
consuetudo obtineat, ut miles De ornatu
communacatur us gladium, aliave quem ge-
arma ob majorem modestiam de- stat miles.
penat; Non tamen est alia, quam
solius decentia obligatio. Unde
contrarium facies, secluso scan-
dalo, non peccabit. Quia in hoc
nulla apparet irreverentia. Neque
etiam somnus aut cibas digestus De somnis
requiritur ante Communionem, aut eib[us]
de his enim nullum existat præce- nendum
ptum. V. Tamb. l. c. cap. §. 4. &
6. Si neque prohibitum est, sta- digesto an[te] te
tim post Communionem come- communi-
dere, aut exspuere; Modò non sit
periculum, ne fragmentum ali- one statim
quod in ore, aut gutture remanserit. Nam sputo, seu salivâ ex ca- comedere,
pite in os desflente, non est cur re.

irreverentia timeant facis spe-
ciebus, quæ, dum nondum con-
sumpta sunt, in stomacho resident.
Congruum tamen est ac decens,
non statim peradâ Communione
ad comedendum advolare: Item
exspectate aliquantis per, antequâ
exspuas, quamvis h[ic] longa mora
non sit necessaria, cum species Sa-
cramentales in stomacho à laico

vestium.

De gladio,

stat miles.

De somnis
aut eib[us]
nendum
digesto an[te] te
communi-
onem.

Eritne licet
tum, facta
communi-
one statim
comedere,
aut exspue-
re.

100 DE EUCHARISTIA

intra dimidium quadranteum , à
Sacerdote intra quadranteum fere
corrumptatur ; Citius tamen à
valido stomacho , quām debili ;
Communiter autem ab omnibus

Aut post intra horam , Unde etiam post ho-
oram si ram , licetū tibi esse videtur , vomi-
ta necesse cum , si ita necesse sit , procurare,
sit , vomitū Neque vomitus tibi sano , ex non
procurare . præviso casu fortè superveniens die

Communionis à meridiis ; non est
magnopere curādus ; Cùm certum
sit species consecratae jam dudum

Quidagen- esse corruptas ; Cautè tamen &
dum cum providè in hoc genere agendum
infirmis , quodcum ego unum
aliquando yidi , qui sumptā Com-
munione , post duas trésve horas
ob stomachi debilitatem integras

Vel flatim
à Commu-
nione , si
species es-
sent vene-
ns infesta.

species rejecit . Imò statim à Com-
munione licitum erit vomitum
procurare ; Si intellige etur , spe-
cies à te sumptas , venearatas fu-
se , aut venenum admixtum ablu-
tioni vel alteri cibo post Commu-
nionem sumpto ; Quia *Calix vita* ,
ut redi inquit *D. Thomas* , in 3.
part q. 83. art. 6. verti in mortem
non debet . Et eo casu quid facien-
dum speciebus ejusq;is dicetur po-
sita . Tamb l. s. cap. 3. § 1. Op-
portunitate hic quoque morent BD.

com-

UT SACRAMENTO. 201
communicantem non oportere
esse facilem in expiendo , si assim
post Communionem , ne forte ad-
stantibus sit scandalo ; Imò si ob
tusum argeteris ad expendum ,
decens est strophio lo spatum ex-
cepere ob Sacramenti reveren-
tiam & cœcūstantium ædifica-
tionem . Cæterū , quia usus rei
venereæ , sive licitus , qualis est in
conjubib⁹ , sive illicitus , qualis de usu rei
est v. g. in habita pollutione , venereæ
alijsque luxuriæ peccatis , com- Quid di-
munit et secum trahit notabilem cendūm
animi dissatisfactionem , mentisque
tempore , & moralem quandam ,
ut multi censem̄ , indecentiam ;
Ideitcō ejusmodi homini eo die ,
quo v. g. de nocte pollutus &
lunariè fuit , noli facile suadere
Communionem , nisi valde doleat
de suo peccato . Quod fratrem is
communicare vellet , tu illum à
Communione non prohibebis ,
quia certum est h̄c non interce-
dere peccatum mortale ; imò pros
habiliter ne quidem veniales
Prudenter tamen suadebis [dila-
tionem Communione ad unum
altes à m̄ve diem , si jud ces postea
communicandum cum majore
devotione . Vid. Gob. tr. 4. cas. 20.

102 DE EUCHARISTIA

Quale jeju-
num pre-
requiritur , &
& sub qua
obligatio-
ne.

Estne di-
cendum
medium
noctis in-
incipere à
primo iſtu
hora duo-
decimæ,

Frangētne
jejunium
naturale,
qui humo-
rem aut
sanguinem
ex capite
defluentem
casu aut
voluntariè
deglutit,

¶ q. &c. Præcipuum igitur, quod
ex parte corporis prærequiritur
ad dignè suscipiendam Commu-
nionem , & quidem sub gravi ob-
ligatione , est jejunium naturale,
quod frangitur, si è medio noctis,
id est, à primo iſtu hora duodecimæ,
ut communiter docent AA.
Vid. Dian. Lug. l. 1. resp mor. dub. 9.
&c. (Sunt tamen, qui putent esse
probabile horam duodecimam
mortaliter durare usque ad ulti-
mum solem , adeoque interea
bibentes non violare jejunium ,
quia tamdiu v. detur hora durate,
quamdiu auditur.) Vid. Breforum
de confec. l. 4. c. 11. Leand. &c. Vix
tamen hoc ficies , nisi justa causa
accedat, sine nota temeritatis, ir-
reverentie, & intemperantie.) Si
inquit à medio noctis, ab extrinseco
quidque sumperis per modum
cibi, potius, aut medicinae. Dixi. si
quid ab extrinseco per modum cibi,
&c. Undè si humor aut sanguis è
ex capite defluentem , aut etiam
reliquias eborum dentibus ad-
harentes casu, vel etiam voluntariè
deglutis (quamvis hoc poste-
rius alii probabiliter negent) m. 3
nebis jejunus ; Quia haec non su-
misab extrinseco , & mortali ju-
dicio

dieo pertinent ad comedionem
præcedentis diei. Vid. Suar. dispo.
63. secl. 4. &c. contra alios. Item,
si unguis ab rasos, lapidem, fru-
stillum ligni, argenti, creta, char-
tz, &c. deglutias (quamvis de
charta & creta alii contrarium
sentant) quia haec mortali-
tione non habent rationem cibi.

Vid. Dian. p. 8. n. 7. resol. 8 tract.
de Celeb. Ref. 52. & alios. Simi-
liter si musca in os fornicando ve-
lans, à te casu trahicetur, quia
non est comedio, sed respiratio.
Parte ratione sumpto tubaci sive
in pulvere, sive in fumo (quam-
vis non satis decens sit) Item,
modica aquæ attractio per naras;
Quia non est comedio, aut pota-
tio, sed vel respiratio, vel varium
attractio, sicut etiam participa-
tio eiusvis odoris; Nam præter-
quam quodd non sit cibus, non su-
mitur per comedionem, sed per
atractionem. Denique si tempore
pestis aliquid aromaticum ore
circuit fratas, nihil deglutiendo ex
intentione, quamvis fornicè min-
imū quid succi à salivâ insepa-
rabilis, esto non sit conversum
in salivam, præter intentionem
trahicias. Vid. Tamb. l. 6. cap. 2.

*Aut qui uni-
gues abra-
sis, lapidē,
frustillum
ligni, &c.
deglutit*

*muscam in
os fo- tuā
velantem
casu autra-
bita*

*Aut tabacū
semens in
fumo vel
pulvere, aut
modicum
aquæ per
naras attrahens*

*Aut si præ-
ter intenti-
onem succi
aliquid aut
aque salivæ
inseparabi-
liter immix-
tum ele-
glutias.*

104 DE EUCHARISTIA

§. 6. Nam hoc modo aliquid deglutire, est deglutire per modum salivæ, & hoc insinuant Rubricæ, dum ajuat, si lavando os deglutias stillam aquæ (sebiatellige inseparabiliter salivæ immixtam, id est, in immixtam, ut à salivæ distinguiri non possit) idque præter intentionem, non impedit communionem. Vid. Dian. p. 9. tract. 5. resol. 12.

In dubio an comedetis, items in dubio de hora co-mestoris, utrum post duodecimam comedetis; In utroque hoc dubio habes probabiliter jus communicandi. Quia utробique faciet tibi privilegium possessionis: Possides enim jus communicandi, donec probetur supervenisse impedimentum, quod te privavit hoc iure: Nam facta sonra jus aut legem, ut loquitur Regula juris, non presumuntur, sed probari debent. Alii tamen non improbabiliter arbitrantur præceptum Ecclesiasticum esse in possessione, ad utroque dubio nomine communicare. Vid.

Gob. 17. 4. cas. 17. Tambo
Laym. &c.

CAPUT

C A P U T X V.

In quibus casib[us] licitum est , non
jejuno communicare.

Non jejonus poterit communie in sequentiis casibus. Primo , in periculo mortis , idque probabi[us] , sive mors imminet ex morbo , judicis sententia navigatione , prælio , &c. si nimium justè timeatur , ne infirmus sine sacra Communione extinguitur , si illam negligat non jejonus. Vid. *Dicitillo Euch. disput.* 9. n. 314. & alios. Imò poterit ob idem periculum post sex vel septem dies iterum communicare non jejonus : Et si affluevit frequenter communicare , propter devotionem ac desiderium alterā statim dies non jejuno communicare licebit ; Dummodo mortis periculum instare videatur. Ceterū ut Sacerdos in mortis articulo sine scrupulo infirmum non jejuno communicer , sufficiet ipsi , si prudenter & probabiliter timeatur infirmo mors imminere ; nam si oportere indubitatum periculum vele certitudinem

Quid in
probabilitate
mortis
pericula.

106 DE EUCHARISTIA

tudinem expectare; sapè accidet, ut multi sine Viatico morentur; Sufficit ergo, si medicus aut illo deficiente, vir unus, alterius, aut socius praedictus probabile putcat, ægrum ex morbo mortutum sine Viatico, nisi nunc non jejuno derut. Unde si Parochi vocentur ad ægros distantes duabus horis, possunt eis præbere Viaticum non jejuniis si periculose ægrotent, nec tenentur expectare in crastinum; eis probabile sit, posse infirmum in crastinum non incommodè permanere jejunum, usque ad redditum Pastoris. Quia multa de nocte interveniunt, præfertim periculose ægrotantibus; & fieri potest, ut sequenti die Parochus aliis negotiis graviter impediatur. Unversum cavadum est

Estne infirmo periculoso ægrotanti, quoad jejunum, notabilem molestiam patiat; si enim infirmus commode jejunus manere non potest, communicet infirmum non jejunum v. g. si infirmus sine magna suadifficultate non potest manere de nocte jejunus à potu usque ad quartam vel quintam matutinam, esto possit fortasse una alterius hora post medium

UT SACRAMENTO. 107

medium noctis in tali manete, non est expectanda illa hora, ut potest nimis incommoda. Neque enim est mens Ecclesie tanquam benignitas matris, cum tam gravi difficultate, ad naturale jejunium obligare. Quod si commode & sine periculo ab infimo jejuno sacra Communio sumi potest, id utique faciendum erit. Vid. Gob. tr. 4.

cas. 18. Tertio. Secundum, quando Quid in necessitate est, Sacerdotem celebrare casu dandi ad dandum Viaticum moribundo, Viatico moribundo.

et quod non adfint alia Hostie & consecrata, quia preceptum de jejunio, non est tam rigidè latum ab Ecclesia, ut velit moriturum discedere sias Viatico. Vid. Dian. p. 5. tr. 30. resol. 35. Escob. &c.

Alii tamen id probabiliter negant. Tertio, quando Sacerdoti incumbit necessitas perficiendi Sacrificii.

Quod accedit primò, si loco vini consecrati per errorem sumpfit, aqua, quam non expuit, sed deglutiit ob periculum ejiciendi fragmentum Hostie, quod à Sacerdote Caelici immitti solet. In eo autem casu tenetur denuo consecrare, & quod faciet statim offerendo, & consecrando Calicem, absque consecratione novae Hostie, ita enim

Aut in necessitate perficiendi Sacrificii. Ut si loco vini consacrati per errorem sumpfit aquam.

108. DE EUCHARISTIA

probabilitet plures , AA. contra
alios , qui juxta Rubricas volunt
in eo casu novam pariter consecra-
tio. H. Itiam; verum respondeatur
ad Rubricas, eas non per se esse pre-
ceptivas , sed tantum directivas.

Vid. Tamb. de Sacrif. l. 2. 8. Leg.
&c.

Vel post
**conse-
cra-
tionem re-
cordarur se
non esse je-
junum.**

Secundò , quando Sacerdos
post Consecrationem recordatur,
se non esse jejunum, debet progre-
di in Sacrificio , eis si non adeserit
periculum infamiae. Laym. lib. 3.
tratt. 5. cap. 6. Imò si ante Consec-
rationem recordatur se non esse

**Quid si ante
conse-
crationem
id recor-
detur.**

jejunum , & absque nota non po-
test recedere (quam raro effugere
solet) prosequatur Sacrificium.
Idem est in laico communicante,
qui stans ante mensam communica-
antium recordatur se non esse
jejunum , si discedere non potest
absque infamiae nota , commu-
icare poterit. Tamb. in Meth. comm.

Aut post
ablationem
reperiit in
patena vel
corporali
fragmentum
**sui Sacri-
ficii.**

tertiò , quando
Sacerdos post sumptum ablutionem , eis si per hotam Communio-
nem distribuisset , in patena , aut
corporali , fragmentum sui Sacri-
ficii adserit , seu parvum seu ma-
gnum ; potest illud , quamvis non
jejonus sumere : quia ejusmodi
reliquiarum absumptio refertur

UT SACRAMENTO. 109

ad unum, idemque Sacra-
tum, quod absolutum esse non cens-
etur, quamdiu Sacerdos in Altari

persistit. Post recessum autem ab Altari non licet ei dictas particu-
las sumere; quia convivium Sacra-
mentale jam est finitum, nisi forte
aliud suadeat reverentia. Præstat ab Altari.

enim ea sumi à non jejunio, quam
irreverenter quoquam loco asser-
vari; ut si in illo loco plures Mi-
se non fierent, & Sacramentum

ibidem asservari non solet. Est
queque non improbatum, si ad-
vertat in Sacra-
menta ejusmodi frag-
mentum, dum nondum vestes sa-
cerdotiales exiuit, id quoque à non jejunio

Eritne licet
tam sumere
dictas par-
ticulas post
recessum
ab Altari.

Vel ante-
quam ve-
stes sacras
exuerit.

accipi posse. Quia adhuc judica-
tur non absolvitur totaliter Sacri-
mentum, quamdiu sacerdos vestibus
non est spoliatus. Vid. Dian p. 5.
strat. 14. resol. 45. Sugr. Lugo. &c.

Adeoque sumi per modum cir-
cumstant & complementi ejus Quid dicitur
cendum de
dem Communionis. Dix licet fragmentis
esse accipere fragmentum sui Sacra-
menti: nam fragmentum alieni Sa-
cramenti:

non licet sumere probabilitate
non jejunio; nisi sit parvum. Jam
enim probabile est, à non jejunio
sumi posse; quia talia fragmenta
facile perduntur, & major erit re-

110 DE EUCHARISTIA

verentia si sumantur, quam si cum
 tali periculo in Sacratario conser-
 ventur, vel alteri Sacerdoti sacrifici-
 eretur dentur. Vid. Tamb. Fagund.
 II. max citandis : Hoc tamen ex
 communis ferè DD. sententia non
 est dicendum de fragmentis ma-
 gnis, et si Tamb. l. c. §. 8. ex Mar-
 chino contrarium putet probabile,
 quam sententiam non improbat
 Quartii in Rubricas p. 2. tit. 10. sed.
 2. dub. 2. & 3. citans pro se Diana.
 Pal. & alios : sicutque sibi videri
 probabilem, & in praxitutam.
 Nam Sacerdos poterit sine scrupulo
 Ciborium purificare, & su-
 mere reliquias illius, dum est in
 Altari, post ablutionem, si ante
 eam (quod utique faciendum erit)
 ex inadvertentia non purificave-
 rit. Vid. Fag. l. 3. præc. 1. c. 18. Henriq.
 Tamb. &c. Ratio horum auho-
 rum est, quod reliquæ consecratæ
 ab alio Sacerdote, tanquam Mi-
 nistro Christi, habeant relationem
 ad quemcumque Sacerdotem ut
 potest Ministrum Christi: & conse-
 quenter dici possunt reliquæ per-
 tinentes ad quodvis Sacrificium à
 quo cumque Sacerdote factum,
 cum omnes reliquæ contineant
 eundem Christum, & ratione
 omnia

UT SACRAMENTO. 111

omnium Sacerdotum propter eandem Hostiam, quam offerant neopè Christum, sic unum veluti specie Sacrificium. Licebit itaque reliquias tam tui, quam alieni Sacrificii accipere, si eas post ablationem primum advertas. Nam si antè adverterentur, nemo dubitat, quin ante illam, & à jejuno sumendas sint, cum præceptum de jejunio sine rationabili causa violari non debeat. Vid. Tamb. l. c.

Porsò ne Sacerdos scrupulosè angatur circa particulas, quas forte invenit in patena, dum suam Hostiam offert, quæque videntur esse ex Hostia præviè consecrata, (frequenter enim sit, ut cum angore Sacerdotum apparet hujusmodi particulae speciem praferentes fragmenti Hostiae consecratæ, maximè quando plures eadem patenâ usi sunt) ne inquam angatur, poterit præsumere, eas non esse consecratas, ad cōque licet à se abstergi posse. Si quidem prudenter præsumitur de Sacerdote Missam celebrante, cum debitam diligentiam in conquirendis particulis adhibuisse. Undè nisi prudens ratio occurrat dubitandi, & ex qua oppositum fiat probabile,

Quid faciet
Sacerdos
circa parti-
culas in pa-
tena dubiè
apparentes
dum suam
Hostiam
offert.

secutè

secutè pro non consecratis habentur, & merito reputantur furfatores vel excrementa capitis, vel barbae, vel quid simile. Prout etiam frustilla lini ex purificatio, non raro post abstinentem patenæ adhæretia, speciem fragmenti praeseruent. Vid. Quarto. l. c. dub. 4.

Quid in
casu sacra
Hostie in-
cendio co-
burende,
aut ab ha-
reticis con-
culcande.

Quid agen-
dum circa
particulam
Hostie Ca-
lici immis-
sam, si cum
vino conse-
crato non
fuerit sum-
pta.

Quid lice-
bit in peri-
culo gravis
scandali.

Quarto, si sacra Eucharistia vel incendio foret comburenda, vel ab hereticis conculcanda, licet sumetur à non jejunio etiam laico, si Sacerdos aut Clericus non adesset: Melius enim est, à non jejunio absumi, quam talem permitti Sacramenti irreverentiam. Vid.

Laym. 17. 4. c. 6. Suar. Tann. &c.

Quarto, si Sacerdos adversari particulam Hostie Calici immissam se cum vino consecrato non ebisse. In eo enim casu, vel potest dígito dictam particulam ad labrum Calicis adducere, atque ita sumere, vel propter majorem decentiam (ut non pauci volunt) poterit cum vino purificationis illam sumere, tametsi semel auctis aliud vinum infundendum foret. Vid. De Lugo de Euch. d. 15. sed. 4. Sexto, si grave scandalum timeretur, nisi quis communiqueret, auct Sacris operaretur. Vid.

Pra-

ISTIA
UT SACRAMENTO. 113

Præposit. in 3. p. q. 8o. art. 8. dub. 2.

Tamb. R. cc. Denique sicut brans post Consecrationem deficiat. Aut deniq^o, si celebrans Tunc enim tenerus aliis, et si non post conse- jejunus, si jejunus non adsit, Sa- crationem deficiunt per sicere. Laym. l. e.

C A P U T XVI.

Exponuntur variora quadam circos
S. Euth. notatu digna.

AD horum omnium ulterio- rem elucidationem ex supra notatis authoribus obserus. Primo, quamvis non semel evanisse existi- mandum sit, non esse verè conse- cratam Hostiam, quæ pro tali ha- bebatur v. g. dum sacrificatis, qui non est Sacerdos ob defecum Ba- ptismi; aut quando loco vini per errorem aqua infunditur Calice; non est tamen necesse, aut concul- tum, ut ad evitandam materialem idolatriam affuescas dicere: Ad- oро hanc Hostiam, si est consecra- ta: adoro hoc, quod est in Calice, si est verè Sanguis Christi; quia quæ raro eveniunt in agendis ne- gotiis, non temerè computantur, id est, eorum nulla consideratio

regu-

Responde ad evitandam idolatriam materialem affuescas diceret: Ad- oро hanc Hostiam si est conse- crata.

114 DE EUCHARISTIA

regulariter habetur. Est autem
utique hic casus & error rarissi-
mus, adeoque nullius considera-
tionis. Vid. Vag. Tom. 1. in 3. part.
disp. 10. cap. 5. Epif. &c. Dein vix
unquam in simili adorazione ad-
mittitur idolatria materialis;
non interna; quia tota intentio
adorantis fertur in verum Chri-
stum, non ausem in panem & vi-
num: non exterior, quia ex vera
adoratio regitur ab interna, que
tendit in id solum, in quod inter-
na. Secundò, in distributione factæ
Communionis, si forte coniugat
Hostiam in linteum communi-
cantium labi, reverenter eleverat;
Commu-
nionis Ho-
stia labatur
in linteum
communi-
cantium.

Quid faci-
endum, si
in distribu-
tione sacrae
Commu-
nionis Ho-
stia labatur
in linteum
communi-
cantium.
Si verò excederit in terram
similiter eleverat, & locus in quæ
incidit, strophio loegatur; ut po-
ste abradatur & lavetur. Vid.
Ezquiel prec. 1. lib. 3. cap 10 Shar.
Tann. &c. Quod si in pileum,
collare, aut vestem communican-
tis cecidet; probabile est hæc
non esse lavanda, ob notabilem
communicantias perturbationem,
& molestiam, si hujusmodi lotio-

pet-

Aut si in
pileum,
collare aut
vestem
communi-
cantis.

ARISTIA
UT SACRAMENTO. 17

peteretur. Tamb. l. z. c 8 §. 8. &c.
Imò si Sacerdos solus videat par-
vum fragmentum decidere in ve-
stem, aut barbam communicantis,
& prudenter prævideat futuram
notabilem communicantis tur-
bationem, vel adstantium offer-
tionem, (quod certò regulariter
& communiter adesse solet) si
eiusmodi fragmentum inquire-
retur, nihil dicat aut agat ulteriùs,
sed rotum commendans
Deo, prægrediatur in suo Mini-
strio. Quod etiam valet, si par-
ticula decidens, humanâ industria
reperi non posse videatur: plūs
enim non exigit in finalibus casi-
bus reverentia, & sacer cultus;
quam ut fuit, quod per humanam
industriam à Sacerdote fieri po-
test. Quod si Sacerdos modeste &
sine turbatione communicantis
simile fragmentum attollere pos-
set, id utique faciet. D x. si solus
Sacerdos videat cecidisse hujus-
modi fragmentum. Nam si ipse Quid si per
quoque communicans advertisset collum in
talem particulam in vestem, aut interiorum
etiam per collum in interiorum tunicam
tunicam mulieris v. g. cecidisse, mulieris
videat mulier, a iuveniri frag-
mentum, & extractis à se vestibus.

116 DE EUCHARISTIA

ac foras modestè expositis à
Sacerdote levari possit; si minùs;
Ipfa mulier scā manu reverenter
levatam, immittat in Ciborium,
ac digitos lavet projecta in sacra-
rium lotione; neutrum si fieri
possit, Deo commendetur. Tam-
do Sacrificio cap. 8. §. 8. lib. 2.

Quismodus
purificandi
Ciborium.
Tertio, modus purificandi Cibo-
riū hic fere esse solet. Colligat Sa-
cerdos, antequam sumat socrum
Sanguinem, indice dextræ manus,
in suadū Ciborii omnes reliquias,
ealq; sic collectas digito promos-
teat, & Calici vel arte, vel certè posse
sumptionem facti Sanguinis im-
mittat, tum Ciborium rino puri-
ficet, illū tque vinum in Galicem
missum sumat pro prima abluti-
one, & si forte opus sit, secundam &
tertiam ablutionem Ciborii ad-
hibeat, eamq; proprio Galice
infusam sumat; Ita enim decens-
tius & convenientius sumetur.
Denique digitis more consueto
ablutis, Ciborium, uā cum pro-
prio Calice, purificatorio exten-
gat, sitque memor se non tenet
neque hic neque in similibus casi-
bus ad metaphysam diligen-
tiam, sed sufficere moderatam, ac
moralem. Valde enim probabile
est,

UT SACRAMENTO. 119

est, quod plures Doctores asserunt, fragmenta, quæ fortè res manent, præsentim minutiora, quæ humanâ diligentia colligi non possunt, ab Angelis colligi. Proin non sit scrupulosè anxious circa ea, quæ fragmenti speciem in ciborio habere videntur, sed purificatorio extergat, exquisimans esse furtures, frustillatio, aut simile quid, uti suprà dictum est, Vid. Quarti. l c. dub. 7. & 8 Lugo &c. Quartò, si contingat hostiam revomi, & nemo adsit, qui ob horrorem & nauseam illam sumere ausit, cautè à vomitu separetur, & in aliquo loco sacro ponatur, & purgata vel sumatur, vel telinguatur in loco sacro donec corrugetur: Exurere enim hujusmodi species, ut innuit sylv. V. Euch. q. 9. s. 2. & alii cum cōmuniter, faret sacrilegium, Fieri enim id nequit, nisi cum iniuria ipsius Christi sub speciebus Eucharisticis conteat, Ceterum dicti sacrilegii malitia ex ratione non satis appetet: Magis enim Sacramenti reverentiae consuli videtur, si hæ species per purissimum elementum consumantur, quam si relata, putrescendo corruptātur.

Quid si
contingat
Hostiam
evomi.

118 DE EUCHARISTIA.

tur. Interim teneenda est iam dicta communis Doctorum sententia, nec ab ea ob præfata rationem temere recedendum, nisi forte graves alii Authores contrarium probabile faciant. Quod si species in venustru non apparetant, ut prudenter judicentur iam esse corruptæ, comburatur vomitus, & cineres in sacratum mittantur.

In dubio

fueritne vi-
num an ace-
tum, quod
consecrasti,
quid facies.

Vid. Tamb. de Sacrif. l. c. Quin-
tū, Si dubium oriatur, dum sumis
sacrum Calicem, fueritne vere vi-
num, an acetum, arbitraberis
fuisse vinum, quia possidet sub-
stantia vini, & pro eo præsumen-
dum est. Tamb. in Meth. commo-
dep. 2. §. 8. &c. Huc quoque per-
tinet, quod plures Sacerdotes tur-
bare solet, nimis vero quando du-
bitatur, utrum omiserit aliquid
ad Missam pertinens, id est, quia

Quid si Sa-
cerdos du-
bitet, se o-
misisse ali-
quid ad Mis-
sam perti-
nens.

non recordatur se hoc dixisse, aut
fuisse. Nam in tali dubio, imo
quod amplius est, eis judiceat pro-
babiliter se aliquid omisisse, aut
etiam advertat aliquid omissum;
ordinariè ex mente D. Thoma
q. 83. art. 6. ad 5. & aliorum ni-
hil est repetendum; ne pulcherrimi-
mus Ordo Missæ tali repetitione,
quam frequenter serpulosa esse
solet,

UT SACRAMENTO. 119

solet, turbetur : nisi forte omis-
serit aliquid, quod sit de substantia
Sacrificii v. g. aliquid pertinens ad
Consecrationem. Ceterum enim
est, id debere repeti. Similiter
quando secretò oras, & post pauca
verba certò advertis ; te aliquid
aotabile omisisse, paululum re-
grediendum, & omisssia repetenda
erunt. Vid. Tamb. de Sac. lib. 2.
cap. 5. §. 8. Sextò, quamvis actu-
lis devotio, id est exercitium quo
rundam actuum supernaturalium
v. g. Fidei, Spei, Charitatis, &c. in
communicante semper optanda,
& pro viribus curanda sit ; hanc Quid dicēā
tamen actualem devotionē com- dum de eo,
municans si negligat, non videtur qui volun-
delinquere, cùm de ea nulla nobis tariè tem-
coastet obligatio. Ceterum à ve- pore com-
muni ex communī omnium judi- munionis
cio non excusabitur, qui volun- distrahitur.
tar ē tempore Communionis di-
strahitor, nam talis moralem ali-
quam indecentiam, & culpabilem
rusticitatem admittit, dum non
dignatur animum advertere ad
tantum hospitem, tam benignè &
dignanter ad se venientem. Quis
enim neget irreverentiam esse,
Christum ab homine suscipi-
tria alia de industria cogitante.

Dixi

120 DE EUCHARISTIA,

Dixi de industria, neque enim in voluntaria distractio vitio vertitur. Vid. Gob. tr. 4. cas. 20. Sep-

timò, Sacerdos per errorem loco
per errore
loco vini
consecrati
sumens
aquam.

vi i consecrati hauriens aquam,
mox accepto vino, & sine ulla
Crasse, effusâ medicâ aquâ, factâ
que oblatione sufficit autem
mentalis ut docet Dicast. disp. 4.
87. 5. Laym. Suar. &c alii) omib[us]
affinis omissis incipiens ab illis vere
bis immediate formam Calicis
antecedentibus (simili modo post
quam etenatum est) proferat ver-
ba Consecrationis, omissaque ele-
vatione, &c. Sacrum Sanguinem
sumat. Prædictus error non erit
supplendus postquam rediisti ad
Sacramentum, quia erit nova, & à
priori omnia è distincta actio. Vid.
Tamb. de Sacrif. lib. 2 cap. 8. §. 5.

Quid fieri Suar. Koning. &c. Octavò, si facer
sacro San- Sanguis cadat super linteum, ta-
guine super bulam, aut tapetem, sufficit si ta-
linteum, ¹² bula lambatur lingua, deinde ra-
bulam, aut datur, & rasata combusta mittat-
ur in pisciam, vel in terram sa-
cram aut cæmeterium, ut docet
Henrig. lib. 9 cap. 36. Tann. & alii
conformiter Rubricis: linteum
vero & tapes tibiis vicibus lavè-
tur, non autem exscindatur, us-
volunt

UT SACRAMENTO. 121

volunt non ulli. Quod si gutta
decideret in patenam, decentius
illa digito canonico, quam lingua
excipetur. Quia autem de ab-
rasione combustenda aut lotione
facienda hic digesta sunt, debet ex eo
sensu accipi, ut haec fiant quando
rasura, lictum, &c. ita exfusca
sunt, ut non perseverent species
vini, accibi si am. liuis sanguis
Christi, ut restet oīs. Quarti p. 30
tit. 10, n. 12. Vid. Rubric. tit. de
defect. in ministerio ipso occurrenti-
bus, n. 12. Ceterum quia ad su-
matur a Sacerdote facit sanguis,
est probabile, sufficere si Calix se-
mel ori admoveatur; Quia tamen
Durandus secundum communio-
rem praxin veliter admoveari, ut
tauto perfectius & plenius omnes
species facti sanguinis haurian-
tur. Vid. Gau. p. 2. tit. 10. Inter-
rim cave, ne nimis sis in exhaus-
tiendo sacro Calice, nam post
quam eum semel viro purificatu-
(quia purificatio sub veiali in vi-
no necessaria facienda est. Vid.
Tamb. l. 3. de Sacrif. cap. 9. Sanch.
Azor &c.) ac deinde digitorum
ablutionem sumptuisti, Calicebis
inverso supra purificatorium, ad
totam ablutionem tantò perfec-

Quis mo-
dus sumen-
di sacram
Sanguine
& post
sumptione
Calicem

122 DE EUCHARISTIA

Siūs sumendam, mox illum
purificatorio exterges; tametsi
liquidi aliquid superesse vie
deatur. Vix enim ita evacua
bis, quia non aliquid rema
neat, quod decentius purificato
rio excipitur; quam ut magnâ Sa
cerdotum & circumstantium mor
lestiâ clambatur. Ad hoc enim est
purificatorium; ut reliquias ablu
tionis, si quæ forte adhæserent,
abstergat; vel etiam guttam ali
quam, forte ex ablutione deciden
tem (de q. 10, 5 est, quod angaris,
si calu sit) decenter excipiat. Ade
de quod sufficiat in his omnibus,
ut suprà dictum de colligendis
particulis, moderata & moraliter
possibilis diligentia, quaem præ
scribunt Rubricæ & à piis &
timoratis Sacerdotibus adhiberi
solet. Quod si eodem die pluries
esses celebratus v. g. festo Nati
vitatis, postquam v. eo suprà Ca
licem, ex quo sacrum Sanguinem
hauriebas, digitos abluisti, hanc
purificationem mittes in pleximè
appositum Calicem, ut jejunus
mancas, ac deinde os & Calicem
purificatorio absterges, recitando
simil solitas & prescriptas ab Ec
clesia.

UT SACRAMENTO. 125

electa pecces, quæ circa purifica-
tionem, & ablutionem digitorum
dici solent. Ita enim ferè habet
praxis communis Germanicæ eo-
stræ, quamvis alii Calicem tam-
diu velint relinquunt intactum, do-
nec species residuae exsiccentur.

Vid. *Geb. tr. 3. cas. 23. Lug. &c.*

Noad, *Sacerdos*, qui sacram Eu-
charistiam ministrat absque omni
jurisdictione, præter peccatum & in primis
grave, propter violentam alterius religioso,
jurisdictionem in re gravi, nullam qui sine ju-
riscaam ipso jure incurrit, nisi sit *religiosus*.
Religious. His enim excommu-
nicatio reservata Pontifici ipso fa-
cto est imposta, si absque licentia
speciali Parochorum, eorum sub-
ditis extrema Unctionis vel Eu-
charistie Sacramentum ministra-
re aut Matrimonii assistere pre-
sumperint. Vid. *Clement. i. de
Privil.* Ubi nomine licentia spe-
cialis non debet intelligi ejusmo-
dilicentia, quâ persona ministri,
vel cui daandum est Sacramentum,
specialiter & expressè à Parocco
designetur, sed sufficit licentia,
quæ huic expressæ & speciali desig-
nationi æquivaleat, ut si Paroc-
chus concedat omnibus suis sub-
ditis facultatem à quoconque Sa-

Quid di-
cendum de
Sacerdote ?
risd. S. Euch. mi-
nistriat.

124 DE EUCHARISTIA

cerdote omnia Saeramenta suscipiendi, aut certè non repugnat, ut à quovis alio Sacerdote suscipiantur, Jam enim Religiosus Euchristiam ministrare sensibiliter eam ministrare ex licetia speciali & expressa Parochi. Vid. Dem. Rending. Tom. 6. q. 6 art 1. Controvers. 3. Pal. Gab. &c. Excipe eam cum extremæ necessitatibus, in quo Religiosus licet administrabit Euchristiam. VII. Fagund. prec. 3. l. 3. cap. 2. Dicimò, cum gravis committatur irreverentia ab illis Sacerdotibus, qui ex culpabiline negligentia sacras species tamdiu in tabernaculo asservatae, donec vel corruptantur, vel à vermis arrodantur; hinc Parochi, aliive Sacerdotes, singulis mensibus bis aut saltem semel post sumptum sacrum Sanguinem adhuc jejuni absument omnes hostias, quæ pro ægris in omnem eventum erant consecratae, sicut & illam, quæ in Monstrantia erat expedita, & in eadem Missa consecrando novas hostias renoveret Sacramentum, ne desint hostiae pro infirmis, aut major hostia, pro communione devozione in Monstrantia. Ubi simul observa necessitatem hujus mutationis

Quoties sa-
cerdos species
in taberna-
culo aut
Monstran-
tia a serva-
tis sunt mu-
randæ, ne
corrumpha-
tur, &c.

UT SACRAMENTO. 125

tionis pendete à loco , in quo
sacræ Hostiæ sicut vuntur ; nam si
is sit humidus , aut alia forte ad
putrefactionem qualitate affe-
ctus , majorem dabit anam
hujus renovationis , præsertim
cum in laco humido facile na-
scantur vermes , qui se se ingerrant
in sacrum Ciborium . Non est
autem , quod Sacerdos sit solitus
de sumptione plurium Hostiarum ;
nam in tali casu ob reverentiam
Sacramenti licitum est plures si-
mul sumere . Imò si solus noui
postes eas absumeret , potes aliud
Sacerdotem post te celebantem
rogare , ut ipse post sumptum
Calicem aliques absume-
re velit . Ita DD.

comm.



* *



PARTIS SECUNDÆ

SECTIO SECUNDA.

*De Eucharistia, ut est Sacri-
ficium.*

C A P U T I.

*Quid Sacrificium nova Legis, & an-
tīmul Latreuticum, Eucharisti-
cum, Propitiatorium, &
Imperatorium.*

*Debetur
Sacrificium
in communione,*

Sacrificium in communione, recte deficitur: Oblatio Deo facta, per immutationem rei alienae sensibilis, in signum & protestationem supremi dominii ipsius Dei in rebus creatis, ex publica & legitima institutione. Ita conformiter doctrina S. Thomas 2. 2. q. 85 art. 1. 2. 3. plures Theologi, Accomoda. Congruit autem hæc deficitio Sacrifício novæ Legis, in quo se nis deficitio oblatio Deo per immutationem Sacrifício rei sensibilis, id est, Christi secundum novæ Legis, dum suam humanitatem; Qui dicitur

UT SACRIFICIO. 127

dum mysticè occiditur, ut supra ostensum, mysticè immutatur, idque ex institutione tum Christi, tum Ecclesiae ejus Sponsæ, (sub intellige nos quoad substantiam Sacrificii; hoc enim Christus instituit, sed ejusdem ceremonias,) ut per eam profiteamur supremum Dei dominium in rebus creatarum. Quia prolatione maxime distinguitur Sacrificio ab omnibus aliis actibus Religionis. Hoe Consilium verò Sacrificium nostrum, ut supra essentialiter diximus essentialiter consistit in consecratione utiliusque speciei; ad illius tamen integratam speciem, stat utriusque speciei sumptio.

Ac proinde ante Communionem deficiente celebrante alius substi-tui debet, qui ex imperfecto Sacrificio integrum faciat Vid. Gob.

tr. 3. cas. 1. Nomina hoc Sacrificium à Christianis Missi, quam Christianis vocem Molina putat derivatam à voce hebraea, Missach, quod oblationem significat, alii eum D. Bouaventura derivant à verb. mitto, eo quod per Sacrificium nostrum mittatur oblatio ad Deum. Unde in fine die tur: Ite, Missa est, id est, ite, jam oblatio ad Deum Missa est, & completa tota

118 DE EUCHARISTIA

Est simul **sacra actio.** Gob. ibid. Est autem Latreuticū, hoc Sacrificium nostrum juxta Eucharistiū Theologos simul Latreuticum, eum Propriū Eucharisticum, Propitiatorium, tiariorum seu Satisfactorium, & Imperatratorum. & Imperat-

torum. Latreuticum dicitur, quia offertur in recognitionem supremi dominii, quod Deus habet in rebus omnibus creatas, adeoque est opus divinæ laudis, & cultus. Nam eximus, ut majorem laudem & honorem Deo exhibere nequeamus, quam immolando ipse in hoc Sacrificio Filium suum. Eucharisticum dicitur, quia offertur gratiarum actionem pro variis beneficiis a Deo acceptis, & principiis pro beneficio Redemptoris, cuius iterata sit in hoc Sacrificio memoria. Propitiatorium, quia offertur pro peccatis & penitentia Fidelium. Imperatoriū, quia offertur ad impenetranda varia bona tem spiritualia, quam temporalia. Ceterū hoc Sacrificium non est ita Propitiatorium, ut per ita Propitiū illud immediatè remittatur peccatorum ut cetera mortalia illius, pro quo offeruntur, modò sit atritus, quamvis immediatè remittantur id nonnulli docuerint; sed soluta media ē, ita ut illi vi Sacrificiis mortalia c- tribuantur auxilia gratiae, quibus

Estne hoc
Sacrificium
non est ita Propitiatorium, ut per
ita Propitiū illud immediatè remittatur peccatorum ut cetera mortalia illius, pro quo offeruntur, modò sit atritus, quamvis immediatè remittantur id nonnulli docuerint; sed soluta media ē, ita ut illi vi Sacrificiis mortalia c- tribuantur auxilia gratiae, quibus

excipi-

excitetur ad penitentiam, & cō-
sequenter ad venia impetratio-
nem. Secar. disp. 7 E. sect. 2. t. lug. &c. modò sit
Probabile tamen est, quod culpx attritus.
veniales, ad quas non retinet affe-
ctum, ex opere operato telligatur
immediatè vi Sacrificii. Vid. Yann.
disp. 5. q. 9. &c.

CAPUT II.

Ostenditur, quād aptè prædicta
ratio quadriploris Sacrificii expri-
matur per ceremonias & obla-
tiones in Missa usurpari
solitas.

Hec ratio quadriploris Sa-
crificii modò dicta præcla-
rissimè exprimitur per ceremo-
nias & oblationes, in Missa Sacri-
ficio ab Ecclesia præscriptas. Nam
primo ratio Sacrificii Propiti-
atori sive Satisfactorii pro pecca-
tis continetur oblatione panis per
consuetam Ecclesiæ formulam: Suscipe S. Pater Omnipotens aeternæ ratiōnū.

Deus hanc immaculatam Hostiam,
&c. Pro innumerabilibus peccatis,
offensionibus, &c. Item obla-
tione Calicis diceando: Offerimus
tibi Calicem salutatis, &c. ut pro
nostra & rotius mundi salute, &c.
Circa quam panis & vini oblatio-

Quæ cere-
monia con-
tineat rati-
onem Sacri-
ficii Propi-

nem adverte, panem & vinum non
sua substantia grata, nec ratione
sui offerri, cum, quæ talia &
secundum se accepta, non sint
digna hostia, quam Deus pre-
Sacramentis antiquæ legis; ad totius
inviati expiationem, & salutem
suscipiat, sed ratione Corporis, &
Sanguis Iesu Christi offerri, in
quæ paulò post per verba Conse-
crationis convertentur. Unde pa-
nis & vinum anticipatè tantisper
oblationis ceremonias subeunt,
donec Corpus & Sanguis Christi
succedat: estque oblatio panis &
vini non pro præfensi statu, quem
ante Consecrationem obtinet, sed
pro futuro, quem vi Consecratio-
nis consequetur. Deinde ratio Sa-
crafficii Eucharistie sive gratiarum
actori exprimitur consuetâ Ec-
clesiaz formulâ: Sæcipe sancta
Trinitas hanc oblationem, quam
vibz offerimus ob memoriam Pa-
ssionis, Resurrectionis, &c. hoc est
offerimus ob immensa Doi id nos
beatifica, ac in primis Redemp-
tionis nostræ, ut potè fontis om-
nium aliorum in nos beneficio-
rum, item in honorem B. Maria
Virginis, &c. & istorum (subin-
tellige quorum reliquæ in Altari
quies-

Quæ Bucha-
estriciæ

erit sive gratiarum
actori exprimitur consuetâ Ec-
clesiaz formulâ: Sæcipe sancta
Trinitas hanc oblationem, quam
vibz offerimus ob memoriam Pa-
ssionis, Resurrectionis, &c. hoc est
offerimus ob immensa Doi id nos
beatifica, ac in primis Redemp-
tionis nostræ, ut potè fontis om-
nium aliorum in nos beneficio-
rum, item in honorem B. Maria
Virginis, &c. & istorum (subin-
tellige quorum reliquæ in Altari
quies-

ARISTIA
UT SACRIFICIO. 133

quiescunt) & omnium Sanctorum, id est ob beneficia ipsis quaque cœlitibus à Deo collata ; idcirco enim in honorem Santorum , non ipsis Sanctis , sed soli Deo Sacrificium facimus ; ut de eorum victoriis gratias agentes eorum patrocinia imploramus, & ipsi pro nobis intercedere dignentur. Tertio , ratio Sacrificii Imperatorij continetur verbis Canonis : *De igitur clementissime Pater, &c.* ubi varia beneficia tam pro Ecclesiâ in communî , quam pro privatis personis per JESUM Christum Mediatorem & Advocatum nostrum à Deo petuntur ; nec modò pro iis solum , qui ex prescripte Ecclesiæ commendandi sunt , verum etiam pro aliis , quos Ecclesia privatæ devotioni Sacerdotis , dum Memento facit , commendandos relinquit. Denique ratio Sacrificii Latreutici exprimitur eâ verborum formâ , quæ expansis manibus super oblate , id est panem & vinum dici solet : *Hanc igitur oblationem servatis nostra , quâ protestamur supremum Dei in reg omnes dominiorum , nosti amque subjectionem , & servitatem ; unde etiam obla-*

Quæ Impe-
tratorij.

Quæ deni-
quel Latreutici.

tio servientis dicitur , si que ex-
pansio super obiecta manibus , ad
designandum loco nostri , quibus
summo jure incumbebat vitam &
animas , quas a Dno accepimus ,
divitio honori & cultui immolate ,
substitut Christus instrumente im-
molandum , & mystice occiden-
dum ; sicuti olim in veteri Testa-
mente loco animæ viveotis homini-
nis substituebantur animæ ani-
malium , quæ in recognitionem
supremi dominii Dno immola-
bantur , quibus etiam in signum
substitutionis ab offerto manus
imponi solebant , ut videtur est

Reliqua extra præ-
fatas care-
monias in
Missa usur-
pari solita-
quid signi-
ficent , &
quotum
adhibeant-
ur.

Exodi 29. &c. Levit. 1. Reliquæ ,
quæ in Sacrificio M. fl. occurserunt ,
ut Præfatio , aliæque Orationes
intra aut extra Canopem d. cend-
æ , crucis , oscula Altaris &c. sunt
veluti priorum complementa , &
solemnior apparatus tanto Sacri-
ficio o omnia debitus : Ita per cri-
ces frequentius tempore Sacrificii
formatas , representantur merita
Christi , quæ ipse in C. nce per
mortem consummavit , si que per
illas protestatio , nos cultores
Crucis , & Crucifixi amantes esse .
Similiter per oscula Altaris sig-
natur totidem reverentie &
amoris

amoris indicia erga Deum , cui
soli Altare dicatum est. Appreca-
tio , quā Sacerdos populo fatuēm
& benedictionem precatur con-
suetis his verbis : *Dominus vobis-
cum , itemque populi ad Sacer-
dotem reciproca apprecatio di-
cendo : Et cum spiritu tuo , sic
partim ut divinæ gratiæ auxilium
ad dignè sacrificandum implore-
tur , partim ut hæc veluti Tesserâ
indicetur mutua Sacerdotem inter
& populo concordia , amoris
procul odio, rancore, dissensione,
aliisque siue stris affectibus , qui
fructum Sacrificii impedit pos-
sest ; juxta illud monitum Christi
*Matth. 5. Vate prius reconciliari
fratitio , & tunc offeres munus
tuum Vid. Verken in Can. Miss.
Bellarm. Scote. de Missa Sacrificio.**

C A P U T III.

*De Sacrificeante sive de eo. qui
sacrificat.*

Inter pures homines omnis &
solus Sacerdos propriè sacri- Inter pures
homines
car, nam ut redit docet *S. Thomas* solus *Saq
2. 82. art. 7. & 8. Potestas conse- cerdes fa-
cundi critice*

grandi Eucharistiam pertainet ad characterem Sacerdotalem. O dicas. Dixi inter puros homines, nam principalis sacrificans, cuius Ministri sunt alii Sacerdotes, est Christus Deus & homo. *S. Thomas q. 82. art. 3.* Ipsius enim nomine hoc Sacrificium Deo Patri offeratur. Nam alii Sacerdotes, dum sacrificant, Christi personam assument, & in persona ipsius verba Consecrationis profertunt, quibus ut supra dictum est, Sacrificium essentialiter perficitur. Ex quo sequitur hoc Sacrificio Deo tribui majorem laudem & honorem ob personam offerentis, quam accrescat ab omnibus aliis quatumcumque excellentibus omnibus Sanctorum tam in celis, quam in terris. patet ex dignitate personae principaliter offerentis. Possunt alii homines dici aliquo modo sacrificare, & in primis universa Ecclesia, cuius Sacerdos Vicarius & veluti ad Deum Legatus est; nam Ecclesia in hunc finem Sacerdores crebat, & alit, ut veluti Legati agant cum Deo nomine suo. Item huic reduci possunt, qui peculiari modo concurrunt ad Sacrificium, alesendo Sacerdotem,

Principalis
sacrificans
est Christus;
cujus Mini-
stri sunt alii
Sacerdotes.

Hi in perso-
na Christi
verba con-
secrationis
profertunt.

Quantus
honor &
laus accres-
cat Deo ex
hoc Sacri-
ficio.

Utrum alii
homines
etiam dici
possint ali-
quo modo
sacrificare,
& quinam.

necess-

UT SACRIFICIO. 135

necessaria ad Sacrificium ut vinum &c. suppeditando, Sacerdoti ministrando: similiter illi, qui cum debita reverentia corporaliter Missa interfuerint, aut si non possint corporaliter, saltet spiritualiter, dum suis votis vota Sacerdotis prosequenter. Hos autem aliquo modo sacrificare cum Sacerdote colligitur ex primo Memento, quod nominatur Vivorum, in quo dicitur: *Et omnium circumstan-*
tiam, pro quibus tibi offerimus,
vel quicunque offerimus, ut ipsius
littere & affectu interno, aut etiam
corporaliter per cooperationem
supradictam. Qui omnes, quia
aliquo modo sacrificant, ideo
omnes participant aliqua ratione
fructus Sacrificii ex opere ope-
rato, esto Sacerdos de illis non
cogitet, aut etiam exclusos velit,
ut notat *Suar.* Imò videntur hi
dictos fructus, ut dacei *Koning.*
probabiliter posse applicare etiam
aliis, cum dicatur in eodem Me-
mento, offerunt pro se, siveque
omnibus, adeoque pro aliis. Vid.
Suar. disp. 77. sect. 2. Koning. &c.
Ceterum Sacrificium si praeceps
spectetur, quatenus per illud con-
sideratur Sacramentum Eucharistie,
Missa ejusdem rati-

*Verum Mis-
sa mali Sa-
cra-
cordotis fie*

Ioris cum Missa mali Sacerdotis tantum va-
Missa boni let, quantum probissimi; quia ab
Sacerdotis! utroque conficitur idem Sacra-
mentum. At, si spectetur Missa,
quoad orationes, quæ in illa di-
cuntur, dupliceiter responderi de-
bet: nam si hæ preces dicantur
nomine Ecclesiz, quales ferè sunt
illæ orationes, quæ continentur in
Missali, & præsertim quæ recur-
runt in omnibus quotidianis Sa-
criis, habent eandem vim, sive à
malo Sacerdote, dum modò non
sit excommunicatus (nam hujus
Misterio uti Ecclesia non vult)
sive à bono dicantur; sicut si des-
erit elemosynam per malum servam
sive per bonum, eandem incre-
dem recipies. Hæ tamen preces,
quaenam suat nomine Ecclesiz,
cum devotione, nam devotione boni
Sacerdotis gravior est Deo, quam
mali, sub hac quoque ratione
magis profunt. At verò si Sacer-
dos suo peculiari nomine oret, ut
fit in utroque Memento, tum
utique plus profunt preces Sacer-
dotis boni, quam mali. Plus enim
apud Deum valent preces amici,
quam hostis. Proinde quando in
locum tuum substituis te impe-
dite alium Sacerdotem, quilegat
Sacrum

Sacrum pro te, ad quod ex iustitia obligatis, vide ut substituas Sacerdotum bonum, quia si substitutatur Sacerdos malus, perdetur fructus, qui est ex opere operantis. Cavendum tamen h^c est à temerariis judiciis, & multò magis ab aliorum diffamatione. Unde si non sis moraliter certus alium Sacerdotem esse malā virtutē, semper præsumes illum esse bonum. V. d. S. Thom. q. 22. art. 6. Seco & alios. Quid attinet ad Sacerdotes noviter ordinatos, qui die ordinationis cum Episcopo celebrante orationes ritus aliasque ceremonias sacras perficiunt, imd verba consecrationis cum eodem proferant, adeoque etiam cum Episcopo consecrant, hi cavabunt ne totam formam consecrationis absolvant prius, quam Episcopus, sed coenctur eandem cum illo absolvere, juxta Pontificale Romanum de ordinatione Presbyteri, quod quia difficile est observari, a cibis que plures Neo-Sacerdotes circa prolationem utriusque formæ angantur; idē in consecratione panis faciant intimationem; non absolutam consecrandi, sed conditionatam, scilicet, si simul

Quid circa
Sacerdotes
noviter or-
dinatos, qui
die ordina-
tionis sue
cum Epis-
copo verba
consecre-
tationis pro-
ferunt.

cum

138 DE EUCHARISTIA

cum Episcopo absolvant verba
consecrationis ; secus si Episcopum
præveniant aut sequantur.
Hec enim videtur esse mens Ec-
clesiarum solicitude monastis , ne
Episcopum in prolatione verbo-
rum præcedant aut subsequantur.
In consecratione autem Gallicis
habeant intentionem conditiona-
tam duplēcēm , & primam quidem
si in priore coaferentia panem ; non po-
rest enim licet una materia si &
altera coaferari : ac deinde se-
cundam , si simul cum Episcopo
finiant. Ad tollendos omnes ser-
pules convenientius erit , si for-
ment generalem intentionem
profereandi verba juxta mentem
Ecclesie , veldicendi illa non for-
maliter , & eius intentione conser-
vandi , sed tantum materialiter &
recitativer in signum potestatis si-
bi concessae. Cum enim , ut paulo
ante insinuavi , moraliter loquen-
do vix fieri posse credatur , ob-
naturalem quorundam linguae
volubilitatem & in pronunciando
celeritatem , aliorum verò tardis-
tatem , ut verba consecrationis per
ordinatos , maxime si plures sint ,
prout passim esse soleat , eodem

monas-

momento cum Pontifice pronun-
ciantur, ex probabili non videtur
mens Ecclesiz esse alia , quam et
Neo-Sacerdotes , formam solum
materialiter pronuncient in signo
num potestatis acceperz. Ita non
improbabiliter diversi Authores.
Vid. Laym. l. 1. tr. 3. cap. 7. &c.

C A P U T I V .

*Vtrum Sacerdos intra annum ad-
gessies teneatur sacrificare.*

Tenetur quivis Sacerdos sub
gravi obligatione aliquoties
intra annum celebrare , nimirum
quater aut quinquies , Idque in
principiis festivitatibus , quia per
sacros Ordines non solum con-
fertur dignitas & potestas , sed
impositur etiam officium cele-
braodi , ut patet ex illis verbis ad
Hebraos 5. Omnis Pontifex , &c.
pro hominibus constitutus , ut offre-
rat Sacrificia pro peccatis. Item ex
verbis Christi Luca 22. Hoc facite
in meam commemorationem. Alii
tamen putant probabilitet non
obligari graviter , sed solum pec-
cari venialiter , si toto anno num-
quam

140 DE EUCHARISTIA

quam celebrent, tam si non sint
impediti, modò temel in anno
communient, & festis ac domini-
niciis Sacrum audiant. Quia non
constat de precepto Divino aut
Ecclesiastico graviter Sacerdotes
ad hoc obligante. Vid. Laym. l. 5.
er. 5. cap. 3. &c. Peccabunt tamen
vecaliter, quia accipiunt potesta-
tem consecrandi, in vacuum me-
morate & horrante Apostolo 2. Cor.
6. ne in vacuum gratiam Dei re-
cipiamus. Et licet eodem die sim-
pliciter ac absoluè non sit per-
piùs eodem missam sepiùs celebrare, adhèque
die cele-
b. arc. bot facientes peccat graviter.
Cap. Sufficit de consecr. dist. 1. Vid.
Suar. lordan. elucubr. tom. 1. l. 4.
titul. 1. cap. Consulnisti. Licitum
tamen est id facere in casu gravis
necessitatis ; Item in die Nativi-
tatis, *cic. cap. Sufficit.* ob signifi-
candum, ut restè docet D. Thomas
triplicem Christi Nativitatem,
eternam ex Patre caelesti, tempo-
ralem ex Maria Virgine, spiritua-
lem in cordibus fideliūm ; Quo
die licebit tria dicere Sacra, etiam
statim post mediam noctem. Si
quidem hæc vox ex sententia pro-
babili Suar. Kon. Laym. &c. pri-
vilegiata est, ita ut omnes tres

Missa

*Cur die
Nativitatis
Dominicæ
tria Sacra
permittan-
tur.*

ARISTIA
UT SACRIFICIO. 141

Missa ante suroram dici possint.

Vid. *Disast.* & alios. Nemota
men tenetur eo die tertio celebra-
re, quia est gratia & privilegium, illa legere.
quonullus uti tenetur, *lordan. l. e.*
Sicut & nemo obligatur tria Sa-
cra audire, cum de hoc non exstet
præceptum.

C A P U T V.

De fructu Sacrificii.

F RUCTUM SACRIFICII AUTHORUM

E communiter nominant por- Ostenditur,
tionem : Est autem quadruplices hunc fructus
portio, generalissima, specialis, esse qua-
ministerialis, & specialissima, duplicem.
Prima est fructus proveniens ex
Sacrificio, quatenus Sacerdos il- Explicatur,
lud offert nomine Ecclesie ; Et quis sit fru-
tus gene-
ralissimus,

bus non excommunicatis. Secun- Quis spe-
da est fructus competens concur- sialis.
sentibus speciali modo ad Sacri- ficium ; Tales sunt v. g. qui fu-
ndant Sacrum, suppeditant necel-
fariò ad Sacrum, qui ministrant,
aut Sacro devote intersunt. Tertia
est fructus proveniens ex Sacri- Quis mini-
ficio, quatenus Sacerdos illud of- stialis.,
fert

142 DE EUCHARISTIA

fert tanquam Minister Christi,
 & hac portio cedit illi particulari,
 cui à Sacerdote applicatur Missa;
 quæ quidem portio, ut passim do-
 cent Theologi. finita est, non tan-
 tum intensivè, sed etiam exten-
 sivè; non enim, ut experimur, hac
 portione acquirimus omnia bona,
 & quo pluribus illa applicatur,
 eo respectu singularum sit minor,
 quod probatur ex communâ praxi
 doctissimorum Sacerdotum, qui
 cipientes suum Sacram singula-
 riter amico alicui prodeesse, offe-
 runt illud Deo, pro ipso solo;
 quod sane non facerent, si cre-
 derent amico nihil decessurum.
 Proinde Sacrificium reæ dicitur
 infiniti valoris in actu primo, sed
 finiti in actu secundo. Vid. Dicast.
 de Euch. tr. 4. disp. 3. Suar, Tann.
 &c. Proinde fideles scientes hanc
 sententiam non esse certam, quæ
 docet fr. Ætum Sacrificii non mi-
 nui multitudine participantium,
 offerunt stipendia, cù tacitâ con-
 ditione, ut Sacerdos certiora se
 quatur, adçoque solitus esse
 debeat, ut id, quod certius est, am-
 plectatur. Vid. Dicast. l. c. Quaria
 denique est fructus proveniens ex
 Sacrificio, quatenus illud offertur
 in

Quis speci-
 aliter.

UT SACRIFICIO. 143

in persona propria, estque portio
cedens ipsi Sacerdoti sacrificanti;
nam si singulis impropriè sacri-
ficiantibus, & ad Sacrificium con-
currentibus responderet peculiare
emolumestum; quidni eveniet
tale Sacerdoti propriè sacrificanti,
V.d. Gav p.s Tio, 8 n.3. Unde
sitibi non incumbit obligatio sa-
cerificandi, ad certam intentionem;

poteris libere dividere hos fru-
ctus, servando tibi unam portio-
nem, duas, aut nullam, ut libet,
reliquas dividendo inter duos aut
tres, &c. quia id concessum intel-
ligitur, quod ex pressè prohibitum
non reperitur. Vido Barbos de

Offic. & Potest, Episcop. alleg. 13. Etiam ea
Quod si datur stipendium pro leg-
endo Sacro ad certam intentio-
nem, non licet tibi dividere fru-
ctum Sacrificii e dans enim elec-
mosyam pro Missa, videtur om-
nem sibi effectum depoltere.

Bonac. de Sacra disp. 4. q. ult. p. 7.
§ 7. &c. contra alios, qui proba-
bileiter doceat Collectar seu Ora-
tiones alteri applicari posse. Dian.
p. 9. tr. 7. resol. 8 &c. Quia statim
videtur esse certum, dantem sti-
pendium non ita esse rigidum, ut
nolit aliquam Collectam, in Sacro

Utrum Sa-
cerdoti li-
berum sit
hoc fructus
dividere.

casu, quo
datur sti-
pendium
pro Mis-
sa
legenda

à se

à se constituto inseri pro alio.

Aut quan-
do legi ex
obedientia.

Quando ex sola obedientia ten-
ris sacrificare pro defuncto, velia
gratiarum actionem pro obtento
beneficio, poteris fructus, qui non
reundunt directè ad finem tibi præ-
scriptum applicare alteri; nam
obligatio legis non est extenden-
da ultra finem legis & præcepti.
Ita DD. ex cap. intelligentia, as-
verbos signifi. Potest enim pri-
vatus finis ab sideri, licet unus
alius ve finis sacrae sacrificii transfe-
ratur in alios. Quod si liberaliter

Aut ex li-
berali pro-
mulgatione.

promisisti duabus sacerdotiis Sa-
cram, poteris utique uno Sacer-
dotis facere, si finis, ob quem pre-
misisti uni, differat à fine, propter
quem promisisti alteri; v. g. si
uni promisisti ad obtainendam sa-
nitatem alteri in gratiarum actio-
nem procedentes brenta; quia li-
beralis promissio ita est interpre-
tanda, ut sit promittenti minimè
onerosa, præfertim si verba pro-
missoria indicent limitationem, ut
hic sit, dum unius promittitur cum
limitatione ad obtainendam san-
itatem. Vid. Menoch. de Presumpt.

lib. 6. Presumpt. p. pro que-
xum intelligentia.

C A P U T V L

*Adduntur prædictis quadam
notarii digna.*

Nota primò : Sacerdotem non posse dispondere , aut alteri applicare fructum generalis-^{Quid licet a} sacerdoti circa fructum , aut specialem . Hi enim generalis-^{circa fructum aut} Ecclesiarum , & aliis ad Sacrificium concurrentibus competunt , a-^{specialem.} deoque noui sunt in potestate Sa-
cerdotis . Secundè , fructum mi-
nisteriale à Sacerdote applica-^{Quid circa ministerialem.} bilem , pre ratione Sacrificii qua-
drupliciter posse dividit & appli-
cati : Nam imprimis potest Sa-
cerdos nomine alterius Sacrum
offerre in laudem & honorem Dei ,
qui fructus est laudis . Deinde
potest idem Sacrificium nomine
alterius offerre in gratiarum a-
ctionem pro acceptis à Deo bene-
ficiis , qui fructus dicitur Eucha-
ristices . Tertiò , potest offerre pro
peccatis , & penitentia alterius , & di-
citur satisfactorius . Quattuor , po-
test offerre ad impetrandum alteri
certum à Deo beneficium ; & di-
citur impetratorius . Proinde si

146 DE EUCHARISTIA

Sacrificiorum praecisè offeras in laudem Dei , poteris idem offerte , & alteri applicare tanquam gratiarum actionum aut imperato-

Poterisne sacerdos ob fructum ministeria lem à se diversum plurima stipendia admittere . Hisce tamen non inferes posse te plura , quam unum stipendiū admittere pro qualibet Missa : Nam facta Congregatio ex authoritate Urbani VIII . sub obtestatione divini Judicis mandat , ac præcipit , ut ab solutè tot Missæ celebrentur , quoq; ad rationem de ritæ elemosynæ præscriptæ sunt . Quod si tamen datus stipendum expressè significet , veli se unum solum fructum , posses probabiliiter juxta Temporā accipere aliquid ab alio ob alterum fructum , quem etiam ipse unicum & solum expressè vellet , volenti enim non sit iniuria . Tertiò , stipendium , quod datur pro Missis , non dari pro ipso fructu spirituali Missæ , neque pro labore , qui ipsi Missæ intrinsecus est , qualis v. g. est diuinittere pro cere orationes , si absque Sacrificii titus observare . Nam pro his aliiquid petere , fore simoniacum .

Datur prouidè stipendium vel pro sustentatione Sacerdotis , qui sacrificando in gratiam alterius occupatur . Congruum enim est , ut qui

Exponitor ,
quo titulo
liceat Sa-
cerdoti sti-
pendia ad-
mittere pro
Missis .

ARTISTARUM
ALTARUM SACRIFICIO. 147

qui Altari propter alijs servit, ex illius quoque mediis vivat & alteratur. Unde non datur stipendium pro Sacrificio, ut quid spirituale est, sed purè, ut in gratiam alterius suscepimus. Adeoque est premium rō spiritualis officii, sed personæ in gratiā alterius occupatae. Nec obstat, quod Sacerdos alundē habeat sufficientem sustentationem. Nam eo die, quo in gratiam alterius occupatur serviendo Altari, codē quoq; conveniens est, ut hic dato stipendio ad sustentationem Sacerdotis in sui gratiā occupari aliquid conferat: Vel datur secundum nonnullos Doctores pro obligatione, quam suscepit in se Sacerdos, applicandi fructum pro tali persona, cùm cum possit applicare pro alia. Nam si ad sustentationem Sacerdotis, pro Sacrificio, quod est actualis applicatio fructus spiritualis, ut in gratiam alterius suscepto stipendium admitti potest: Videlicet quoque ad eundem fidem, admitti posse pro obligatione applicandi fructum Sacrificii, ut in gratiam alterius suscepta. Intetim Suar. habens suam sententiam pro communi, Arriag. C. Lago, multis con-

148 DE EUCHARISTIA

pendens contrarium esse absurdum,
aliquae accipere premium pro dicta
obligatione applicandi fructus
Sacrificii huic personæ , celi-
sent esse simoniacum, Sacerdos
ad tollendos scrupulos admittat
stipendum eo modo , quo Ec-
clesia permittit. Quarto , posse
Missæ Sacrificium applicari om-
nibus fidelibus tam justis , quam
peccatoribus , quoniam vis hi fructus
propitiationis pro debito præ-
capaces nona sint , utpote extra
gratiam Dei constituti. Item posse
applicari Sanctis in celis , non
quidem ut est satisfactorium; quia
non egerit ulla satisfactione ; sed
quotens est Eucharisticum & Im-
peratorium . Sacrificando enim
egimus gratias pro beneficiis in
Sanctos collatis , & rogamus , ut
eorum cultum & gloriam prop-
pagare & augere dignetur : I-
tem animabus in purgatorio , &
quidem illis præcipue ut est sa-
tisfactorium , Paganis quoque
& Infidelibus , ut ad fidem con-
versantur. Nec est prohibitum
applicare excommunicatis tele-
ratis & non vitandis ; At pro non
tolerato & vitando non licet , quia
Eccl-

Ecclesia non vult orari pro talibus nomine suis in solemnibus suis precibus. Nullibi tamen veritatem est; quod ministrus Sacerdos in suo Memento, atque adeo privato nomine Deum pro ipso ore. Utrum autem Sacerdos tanquam privata persona possit pro illis offerre Sacrificium, de hoc sit dubium inter Auctores, pro parte affirmante stat sequens ratio; quia Ecclesia solum privat excommunicatos communibus suffragatis, & consequenter Sacrificio pro ut effertur in persona Christi & Ecclesie. Quae ratio quantum pondere habeat, prudenter lectori estimandum relinquam. Vid. Gob tr. 3. cas 5. sedl. 3.

Suar Azor, &c. Quicquid, si ante Sacrum fecitis oblitus applicare fructum Sacrificii ei, qui dedi stipendiolum, ex probabili sententia sufficit, si immediate ante consecrationem ei applicet; ad eoque poterit tuoc mutari intentio, et si eousque voluisse celebrare pro alio & cuius sementiz fundatum est, quod Sacerdos accepit stipendio, probabiliter non tenetur illi, pro quo celebrat, applicare fructum ex opere operantis pro-

Quid dilectum, si ante Sacrum oblitus fecis applicare M ssam danti stipendiolum.

130 DE EUCHARISTIA

ven eorem, id est, non tenetur ap-
plicare Collectas vel Orationes,
&c. Conteratrum tamen est proba-
bilis eorum, qui volunt omnem
fructum debere illi applicari, qui
dedit superadium. Nam dans ele-
mosyam videtur sibi omne fruc-
tum Sacrificii, sive ex opere ope-
rato, sive ex opere operantis pro-
venientem depositore. Ita enim re-
spondet, si ante interrogaretur.
Nam sic unemissa borem, om-
nem ejus fructum sive parvum si-
ve magnum depositit, ita fideles à
Sacerdote Missam perentes totum
ejus fructum volent, sive ex opere
operantis magnus sit, sive parvus,
juxta dispositionem Sacerdotis.
Dum hī igitur in malo statu ce-
lebrat, dat quod exigitur, quia dat
juxta dispositionem suam, quām
habet; Sicut arbotem emens ab
eo plus non exigit, quām ipsa pro-
fert juxta naturalem dispositionē.
Est tamen præsumptio falsa certa,
neminem ex dentibus stipendium
tam est tenacem, ut uolit Sacro
sibi applicato ullam Collectam
pro alio interset. Accedit, quod
hunc impedit non potest, ut in
Memento Sacerdos oret pro aliis;
Ita accidet videtur impedit posse, ut
orat

UT SACRIFICIO. 17

etet Collectam pro alio, immo nec
erit tam rigidus, quin permittat
secundario offerri Sacrificium pro
aliis; maximè si id absque ejus de-
trumento fieri poterit, prout fieri
juxta eorum sententiam, quidoc-
esset M. Nam multis simul applica-
tum tantum prodelle singulis, quamcum
omnibus. Verum quia contraria
sententia est communior & pro-
babilior, secundarias intentiones
recte adjicies. cum ea tacita corde
ditione, si stipendum offerenti in-
dennihil decedat. Adde, quod si iste recte adjec-
pro quo celebratur, ejus fructus cice. ¶
sit incapax, aut ille non indiget,
hunc fructum probabilitate pati-
cipandum ab eo, pro quo secun-
dario Sacrum oblatissim. g. Lectum
Sacrum pro defuncto; Qui si ad
coelum transiit, non indiget sa-
tisfactione, adeoque fructus fatis-
factionis obveniet illi, pro quo
secundario celebrabit. Vid. Gob. l. 1.
Tamb. &c. S. xii. Sacerdos appli-
cans Sacrum illi animæ, quam
Deus vult, nihil omnino dicitur. Non
enim Dei, sed Sacerdotis est alteri
Sacrum applicare: Aliud est, si in-
tentione tuam alliges scientiam
divinæ dicendo v. g. offero hoc
Sacrum illi animæ, quam Deus

Qua ratio-
nes
sacerdos
secundarias
intentiones

Quid si Sas-
cerdos ap-
plicet Sas-
crum ani-
mæ, quam
Deus vult.

152 DE EUCHARISTIA

videt maxime indigere , vel cui
videt Sacerdotem posse utilissime
est debere applicare. Intentio et

Aut appli-
cat de con-
ditione sub
futuro.

iam , quæ est sub conditione de
futuro, nulla est & invalida , v. g.
applico Sacrum illi , qui m hi eras
ex consanguineis primò est ob-
venturus , vel qui eras primò omni-
um oblaturus est stipendium ,
quia Sacrificium producit effe-
ctum , quando existit , ac proinde
per intentiōnē Sacerdotis sus-
pensione potest. Item est , si dicās
applico illi , quem Deus seit ni hi
esse obviaturum , quia hæc inten-
tio virtualiter est sub conditione
defuturo. Nam obviatio illa eras
libetè figurata. Vida suar. Laythe
Gob. l. e. &c.

C A P U T VII.

*De stipendio , quod Sacerdoti datur
pro Sacrificio Missa*

Sacerdos admittens stipendium
pro Sacro , quod célébrat , stu-
diōsè servabit sequentia , qꝫ ex ob-
turpem querundam Sacerdotum
negotiationem , ac fœdè qua sium
lucrum , & præsumptum intentio-
nem

UT SACRIFICIO. 13

siem dantium stipendium, partim
publicâ autoritate constituta,
partim communis Doctorum &
Fidelium sensu ac praxi facte sta-
tutum sunt. Primum Secundus qui

bilita sunt. Primo, Sacerdos, qui pte Sacro acc. pit stipendium, quod sufficit ad materiam gravem iustitiae, tenetur sub mortali Sacrum dicere, vel stipendium restituere. Laym. l. 5. tr. 50. c. 3. & alii Poteritne
Sacerdos
licet reti-
nere Si-
pendium
non leto
Sacro.

comm. Avid est si superdiem non
esset sufficiens ad matutinum gra-
vem fucti, jam eniū omittendē
Sacrum non lēdit ius alienum in
re gravi. Fagnnd. de praecept. Eccl
ptas. I h. 3 c. 8. Secundō, diffe-
reens ad longum tempus celebra-
tionem Missarum, quas ex iustitia
celebrandas suscepit, peccat mor-
taliter, quia in re gravi impingit
contra iustitiam. Potest tamen
simil sc obligare ad 50. vel 60.

Quia hoc ex probabili sententia
conferetur modicum tempus à saecula
Congregatione requisitum. Vida
Dian. p. 2. 17. 14. resol 25. de Lug.
Ledejma, &c. Est tamen hac in re
spectanda, ut recte notat Dicast.
disp. 4. n. 402, rationabilis vo-
luntas offerentis eleemosynam.
Et sine dubio quando petitur Sa-
cerdum pro praesenti necessitate v. g.

Pateritne
Sacerdos
licet reti-
nere fi-
pendium
non lege
Sacra.

*Aut ad
longum
tempus
differre
Sacta, quæ
ex justitia
celebranda
suscepit.*

sanitate ieiunii, differet non debet, quia tuus est tuus statua temporis specieae ad substantiam ref-

Aut non dante iustum stipendium, qui sacram peccat. à diversis tot parva accipere, que justo stipendio aequaleat & unū pro omnibus offere. Ita enim ob spē et caritatis negotiacionis placitum Congregatio Cardinalium, et que probidicunt per Bullam Vrb. VIII. Tamen pro eo, qui non credit iustū stipendum probabilitet non tenebris corum sacram offerte, ut docet Suar. disp. 8. sect. 4. Tann.

Auro obligatus celebre pro ornatus, vel cultu Ecclesie aut commoditate populi, citra obligationē applicandi Sacrae, pro illius applicatio- ne aliud stipendium ad-

Dian. Ec. contra Bozat, & alios. Quarto, Sacerdos, qui tenetur in aliqua Ecclesia celebrare pro ornatu vel cultu illius Ecclesie, vel commoditate populi, ut hic Sacerdos audiat absque obligatione ulli applicandi Sacrae, non potest pro illius applicatione aliud stipendium admittere. Quia cum stipendium detur pro labore extriusco Sacrae, qui est pretio estimabili, ea Missa non meretur nisi uicuum stipendum, (ubi per laborem extriusco intellige

cum, qui suscepitur propter circumstantias aliquas extrinsecas v. g. celebrare tali loco, tali tempore, &c.) atque ita Congregatio Cardinalium declaravit respondens Episcopo Traguriensi ad secundam suadendam questionem de praesenti casu, hoc tamen, ut loquitur Gob. trac. 3. cas. 16. n. 493. scio non esse ubi quod usum receptum. Proinde si in illa Diocesi, in qua degis, alii docti & timotati Sacerdotes stipendum admittant pro applicatione Sacri, idem que que tibi licitum erit, recteque concusdes, dictam declarationem istic non esse receptam. Indò quia declarationes Cardinalium non habent vim obligandi, nisi sint approbatæ à Pontifice, & signatae manu, aut sigillo Cardinalis Praefecti & Secretarii, ac sufficienter promulgatae, & haec tres conditiones non inveniantur plenè adesse dictæ declarationi, ut potè quæ Episcopo Traguriensi de hoc per litteras Congregationem consuleanti solum data est; sententia plurium DD. antehac contrarium docentium non videtur esse improbabilis. Vid. Gob. cit. trac. 3. Suadendum tamen est, ut in praxi

156 DE EUCHARISTIA

stetur dicta declaratione, quam maximi facienda est, ut pote fidei à viris sapientissimis, quæ hoc innititur comprobari: præsumptio autem, quâ præsumitur; nisi ex claris verbis Fundatoris, aut alio unde contrarium constet, sacrum fundatum esse communiter, non pro solo cultu Ecclesiæ, aut commoditate audienciarum, sed si nul pro anima Fundatoris. Quæ præsumptio istic, ubi tenet, manifestè non permittit applicationem possi fieri pro alio, cum vi hujus præsumptionis debeat fieri pro Fundatore. Vide

Gob. tr. 3. cas. 16. n. 493. &c.
Quintò, non potest Sacerdos pro una Missa tot stipendia accipere, quot illi sufficiunt ad sustentationem unius diei. Non enim æquum ad iustitiam est, ut labore media horæ, quantionē unius Sacerdos in gratiam alterius suscipiat, exigatur vietus integræ dicti.

Illi proinde sufficiet, quod vel Episcopali lege vel communipiorum, ac prudentum consuetudine

Aut defici. Statutum est. Vid. *Euseb.* *Vasq.* tom. entibus re. 2. in 3. p. disp. 134. c. 3. Sextò, dñibus pro Sacerdos beneficiatus deficiens celebros. his ob ratiōes casus redditibus a se M. sicut signatis pro celebratione Missarum, non potest propriā authoritate

UT SACRIFICIO. 157

tate reducere Missas ad minorem propriam au-
numetum, ita ut si quis respon- theritate
deat justum stipendium, sed in hoc reducere
aut simili casu recorrendum est Mi^{ss}as ad
vel ad Episcopum, et justam tamen minorem
facultas hec in parte à Tridentino
limitata est, vel certe ad summum
Pontificem. Nam si haec reducio
permitteretur cuivis privato, fieri
in Ecclesia magna confusio, &
multiplex Fundatorum defraude-
tio. Vid. Geb tr 3, cas 17. Septi-
mō obseruaadum est, tres sequen- Quid circa
tes sententias ab Alessandro VI. statuerit
veluti scandalosae esse rejectas. Alessand.
Prima est eorum, qui docent posse VII.
Sacerdotem duplatum stipen-
dium licet accipere pro eadem
Missā, applicando petenti paciem
etiam specialiū fructus, ipsa-
met celebranti correspondentem,
idque post decretum Urbani VIII.
estque 8. iuxter prob b cas. Sec-
unda n. 9. docentium, posse Sa-
cerdotem cui in s^ec^elebranda
traduntur, post dictum Urbani,
substituere alium, collato illi mi-
nori stipendio, alia parte stipendiū
sibi retentā. Tertia, n. 10. non esse
contra iustitiam pro pluribus Sa-
crificis stipendium accipere, &
Sacrificium unum offrire, neque

752 DE EUCHARISTIA

etiam esse contra fidelitatem,
etiam si promissam promissione
etiam juramento firmata danti
stipendiū, quod pro nullo alio of-
feram H̄ stamen non obstar, quin
Sacerdos, si noverit majus se ac-
cepisse stipendium intuitu amici-
tiae, quam habet cum offerente sti-
pendium, possit per aliump Sacer-
dotem satisfacere, dato illi ordi-
nario stipendio. Idem est, si is, cu-
jus operā usus es, tibi benevolē &
liberaliter donet partem stipendii,
aut etiam totum, iam enim non
prohiberis retinere illud. In praxi
tameo non est præsumenda hujus-
modi liberalis donatio, cùm ple-
zumq; magis fieri soleat ex metu,
ne tu aliis Sacra tua celebranda
committas, quam ex liberalitate,
Vid. Tamb. l. 3. c. 1. § 5. Hinc quo-
que excipiuntur Parochi, & alii
beneficiati, pro quibus facta est
largior fundatio. Nam hi non so-
lūm acquirunt dominium funda-
tæ elemosynæ, sed etiam videtur
id esse conforme voluntati Fun-
datoris. Proutdè si talibus per
alium celebrare licet vi fundatio-
nis possunt, ut respondit sacra
Congregatio, date Sacerdoti con-
gruam elemosynam secundum

marcm

Quid de-
cretis Ale.
VII, non
contra-
rietur.

UT SACRIFICIO. 159

morem Civitatis vel Provinciarum; nisi forte in fundatione beneficij aliter e. urum fuerit. Vid. Declarat. Cardin. cit ap. Gab. tr. 3. cas.

16. Denique qui stipendiis accepit ad Sacrum facieendum in certo Altari, peccat graviter, si celebret alibi. Quia in regravificatio contra suam obligationem, nisi forte uerba causa eam excuset, aut ter vel quater per annum alibi celebret, quia non solet esse intentionis Fundatoris, tam arrebat obligare. Vid. Dian. p. 2. st. 14. resolv. 29. &c.

Quid si sit
obligatio
celebraandi
in certo
Altari,

C A P U T VIII.

De ceremoniis Missarum.

Peccat mortaliter, qui in Sacramentum multas ceremonias negligit, ut moraliter censetur observare ritum alium ab eo, qui in Missal prescriptum est. Nam Pius V. gravissime præcipit, statu rite Missalis reformari. Vid. Gab. tr. 3. cas. 22. &c. Item quoties

Quando
censetur
sacerdos
per negle-
ctum cere-
moniarum
graviter
peccare.

in Rubricis habetur, hæc vox:
Graviter peccat, certum est signifi-
caci mortale. Habetur autem
septics,

160 DE EUCHARISTIA

septies. Primo, si Sacerdos latius non consecret in pane et zymo. Secundo, si cum vino corrupto, aut sine aqua naturali. Tertio, si forma consecrationis addat aliquid, aut denatur, nisi forte omittatur particula enim, nam haec non est de substantia consecrationis. Quartus, si celebret irrectius censorum vel irregularitate. Quinto, si non sumat integra Sacramenta. Sexto, & Septimo, si celebret immortali habens copiam Confessarii, aut sine contritione non habens Copiam. Denique quando materia Rubricæ pertinet ad integratem Sacramenti seu Sacrificii, ceaseretur id à Rubrica ita graviter præcipi, ut illius omissione sit mortale. Eiusmodi sunt, quæ de pane, vino, mixtione aquæ, intensione, forma, sumptione utriusque speciei præscribantur.

CAPUT IX.

Quid sit Rubrica, & quæ ex illis graviter obligent.

Cum Rubrica nihil aliud sit nisi mera manudictio sive direc-

UT SACRIFICIO. 161

dicitio circa ea, quæ in Sacro dis-
cenda sunt vel facienda, rubro eos
lore sicut vi solita; & hinc nulla Ru-
brica præcisè quæ talis est præcep-
tiva, sed tantum directa. Hic tamen
mena ceasentur præceptiva seu ob-
ligantes sub mortali; & quæ conti-
nent seu notant aliquo d., quod ex
jure vel legitima consuetudine
graviter jubetur, vel quæ expressè
aliquid sub mortali præcipiunt.

Vid Tamb tract. de Sacrif. l. 2. Quid dñ-
esp; 9. i. Lug &c. Conveniunt eisdum de-
autem ferè plenique Doctores scilicet loco cele-
quentes Rubricas esse de re gravi;

& sub mortali observandas, scilicet de loco cœlesti vnde non prohibi-
bito. Debet autem is esse coae-
ceratus, aut sancte benedictus, &
non violatus, aut consecratus.

Quamvis in easunce missatis, item
per privilegia Sedis Apostolice;
Imò etiam ex concessione Episco-
pi, si justa causa adsit, in loco non
consecrato, aut benedicto consecra-
teri possit. Potest enim Episcopus
probabiliter ex Leym. & Gib.
in privato oratorio ad eum unum
cultum duos aut deum destinato dare
facultatem sacrificandi. Item de Re Altari,
Ara consecrata, eaque vel fixa &
mobili, vel portatili seu viatica, u-
traque

162 DE EUCCHARISTIA

De lumine.

traque ex lapide. Tertio de lumine. In necessitate tamen etiam non valde gravi probabiliter unum sufficiet, & quidem ex oleo vel sebo, si cera haberi non possit.

De hora celebrandi.

Quarto de hora celebrandi, que est non celebrare ante autotam, nec post metidiem, nisi justa causa, rationabilis confuetudo, vel privilegium excuset. Intelligitur autem per auroram illud tempus, quo primum apparet vestigium advenientis diei, & cum Missa possit incipi tanto ante auroram, ut sub initium illius finiatur, ipsa autem aurora sesequi harum secundum quoddam comprehendat,

De statu gratiae & jejunio naturali.
De Ministro.

poterit Sacrum duabus horis ante ortum solis inchoari, Quinto, de statu gratiae, de jejunio naturali, Sexto, de Ministro & quidem masculo. In necessitate tamen gravi, v. g. dii festi, dandi Vatici, poterit celebrari absque Ministro. Id si habeat Ministerium, qui posset omnia facere, praeterquam respondere, probabiliter esse ex sola devotione eum illo celebrare poteris. Septimo, de Missali. Nisi forte Sacerdos ob visitis debilitatem ad legendum insufficientem felici memoriam Missam tecumbeat,

De Missali

beat, ut non sit mortale periculum
omittendi aliquid ex Misa. Et
tamen in illo casu alias ponendus
liber ad vitandum scandalum.
Octavè, de Calice & Patena con- De Calice
secrata, quæ debent esse aurea vel & Patena,
argentea, aut saltem cuppa Cali-
cis argentea; & intos inaurata.
Probabilitet tamen sufficit esse
stannæ, immo in magna pauper-
tate plumbæ, ea tamen esse ne-
cessariò inaurata non requirunt
Doctores, quamvis Rubrica per
modam directionis id assertant.

Nonò, de Corporali & Pallali. De Corpo-
neis secundum eam partem, se- rali & Pallia,
eundem quæ in regule Calicem, &
ab Episcopo vel Privilegiato be-
nedictio. **Gavant.** tamen non
imprebat ipsum, quo adhibetur
Palla canthabina. Decimo, de Ca- De Canonæ
noni integritate & secrete recitando,
in quo debet nominari Episcopus
loci, in quo facit Sacrum, ut de-
claratum restatur **Gavant.** Per-
tò Canon secundum probabilem
sententiam incipit abillis verbis;
Quipridem quæcumque pateretur, & desig- De nume-
nit ad orationem Domini in inclu-
sive. Denique de numero, mundi-
tia, integritate & benedictione in, mundi-
vestium Sacerdotialium. Absque tua, integri-
cingulo

integritate re-
citando.

De nume-
tia, integritate & benedictione in, mundi-
vestium Sacerdotialium. Absque tua, integri-

164 DE EUCHARISTIA

tate & his
necditio
Sacerdo-
tium vee
stum.

De Missa
cantanda
de feris
privilegia
tis post no-
nam in Ec-
clesia Col-
legiatis.

cingulo tamen noa benedictio
celebratio non erit grave; in eis in
casu necessitatis absque uoa al es
fave ex missis v. g. Stola,
cingulo, manipulo celebrare licet.
Quibus Gau. addit illam Rubr. e
cam, quæ est de Missa cantanda
de feria privilegiata post nonam
in Ecclesiis Cathedralibus, & Col-
legiatis, quando eo die fit Offi-
cium de Festo. Si quæ sint aliæ
graviter obligantes videti possunt
in obviis Authoribus. Quamvis
jam dictæ ferè sunt potissimum, &
felicitas vel nullam vel solūm ve-
nialem obligationem inducunt
vidique ob levitatem materiae, quæ
etiam in Canone locum habet, ut
Si nomen alicujus Sancti omittan-
tes, aut illud, quod additur tem-
pore Paschali, communioneantur.

C A P U T X.

De Rubricis merè directivit.

Quid di-
cendum de
orationibus
Rubr. et quæ sunt decendo ante
ante & post & post Missam f subintellige de
Missis.

P Robabilitet ne quidem sub
reniali obligant sequentes
Rubr. et quæ sunt decendo ante
& post Missam f subintellige de
illis precibus, quæ pro opportu-
nitate

nitate Sacerdotis ante Sacrum
 facienda sunt; de numero oratio- De numeris
 num, de coloribus sacrarum ye orationum
 stium, de lotione manuum ante & in Missa.
 post Sacrum, ut insinuant *Suar* & De colorib-
Tamb, non agnoscentes in hac bus sacrarum
 Rubrica signotolum praeceptum, vestium,
 nisi ante Sacrum manus forent De lotione
 notabiliter immundæ. Decens ante & post
 tamen est ch reverentiam Sacra- Sacrum,
 menti, ut hæc Rubrica de lavandis
 manibus non omittatur. Quid si sub
 sub Sacrificio Missæ adverteres sacro unus
 unum alterumve digitum esse alterve di- gites atra-
 gitamento illatum, & id notares mento no-
 antequam diceres: *Lavabo inter*
innocentes; lava digitos aliquantò illitys,
 validius, & diutius more solito,
 non tamen quoad abliuaturo omne
 atramentum, partim ob nimiam
 moram, quæ traheretur, partim
 quia macula ex atramento pon-
 sentur moraliter esse tam inde-
 cens, quam quæ ex luto, tangui-
 ne, &c. Si post *Lavabo* id adver-
 tes, perge hinc alia sollicitudine,
 quia nec salivâ nec aqua decet
 tuac detergere illam maculam
 ut potè non magnopere indecen-
 tem. Ubi simul observa graviter
 abiis peccari, querum culpâ sit,
 ut vestes, paramenta, aliaque
 valde

Notanda
 quedam
 circa mun-

166 DE EUCHARISTIA

q̄t̄ iem ve-
rit̄ia sacra-
rū, & para-
mentorum.
Item letio-
nem Cor-
poralis &
Purifica-
tōis.

Aut Gal-
cis & Pa-
renz.

Quid de
Rubrica
prescriben-
te, ut nihil
addatur
verbis
Missalis.

valdē immundis, non mundescetur,
priusquam in illis sacrificetur.
Corporale autem & Purificato-
rium, aliaque his similia saltē
ex reverentia sunt à Sacerdote aut
Diacono s̄ia ad hoc praparato
lavanda, & lotio mittenda in pis-
ciuam. Quod intellige de prima
letione, quā factā possunt accu-
ratiū à Virginib⁹ lavati & refici.
Idem est de Calice & Patena, si
quid in illis à laico raficiendum
foret, aut si forē mirūs munda
ulteriū lavanda essent. Nam à lai-
co absq̄ue necessitate hæc minimē
tangi debent. Similiter Rubrica de
non addendo aliquid verbis pra-
scriptis in Missali, est metē directa
va, si hæc intelligas de p̄is effecti-
bus aut precibus jaculatoriis ipsi
Sacro opportunitate mixtis, dum
modo illis non intempestivē uta-
ris, item de aliis humilitatis,
contritionis, amoris, &c. mino-
ris momenti breviter extendis,
dum immediatē ante sumptionem
sacram Hostiam manib⁹ tenes.
Vid. Geb. tr. 3. cas. 32. Dicere au-
tem alia v. g. Credo, Gloria, cūm
omitti debeat, videtur veniale
ob parvitatem materiz. Vid. Suar.
disput. 23. sed. 3. &c. Quia usot-
patur

UT SACRIFICIO. 167

patur novus ritus contra probabi- Quid sacer-
 tioneum Pij V. Sic utque per di- doti liceat
 etiam Rubricam prohibetur tem- tempore
 poie profiri cantus aut concionis profiri
 oratio vocalis secretò à Sacerdote cantus, aut
 facta. Et tamen causa non rectè Sa- concionis
 ceros se exuet sacris vestibus, & sub sacro.
 interim domi ea ageret, quæ age-
 ret ante Sacrum sonum incepit.
 Quia mortalis continuatio Sacri-
 ficii videtur Iædi per illam deposi- Quid de
 tionem vestium cum egressu ex Maturino &
 templo. Quibus adde recitatione Laudibus
 ac Maturini & Laudum ante Quid de
 Sacrum, maximè si iesta causa Maturino &
 adsit, imò probab liter sine illa, juxta T. amb. l. s. de Sacrif. cap. 7.
 s. i. & alios, cò quod hæc recitatio
 non sit tam ritus Missæ, quæ
 quid requisitum ad eam. Contra-
 riū tamē est communius &
 probabilitus eorum, qui dicunt
 non posse omitti sine causa saltem
 sub veniali. Item Rubrica de sec-
 unda ablutione seu perfusione Quid de sec-
 ditorum facienda in vino & a- cunda ab-
 qua. Hæc enim ad libitem Sacer- lutione quæ
 dotis fieri potest vel in sola aqua d giti Sa-
 vel in solo vino. At prima purifi- cerdotis
 catio, quæ est ipsius Calicis imme- perfun-
 diatè post sumptum Sanguinem, duntur.
 De prima
 sub veniali est facienda in vino, & purificatio-
 si ne Calicis

aliter erit
sequendū.

si coantingetur per utorem à Mi-
nistro aquam effusam fuisse , ut
hic error siue tumultu corrigatur,
tantum yisi per Ministerum effun-
datur aqua , ut quantitate vici
aquam superante, ex utroque siue
vinum usuale. His denique adde-

Quid de
Rubricis,
qua sunt de
Missa defec-
tibus cor-
rigendis,

Rubricas, quæ agunt de Missa de-
fectis his corrigendis. Nam illæ
non obligant ad ullum peccatum
in quantum sunt præcisæ Rubricæ
M. Galis. Quæ tales enim sunt, tan-
tum instructiones datæ juxta pro-
babiles sententias quarum oppo-
sitionem nisi agatur de valore Sacra-
menti ex communib[us] principiis
estat, quemvis licet sequi posse.
Quod si tamen ex his essent alio-
quæ, quæ continerent præcepta vel
Divina vel in jure Canonico ex-
pressa , utique obligabant ad cul-
pam. V.d. Suar. Disp. 25. sed. 16.
Et ex hac ratione censet Quartus

De Rubrica p. 3, tit. 10. n. 12. graviter pecca-
qui est pro-
cula effusi
sacri San-
guinis vide-
tur aliter
esse lo-
quendum,
hinc easu effusionis Sanguinis
omittatur ea diligentia , quæ ex
decreto Pij I. Si per negligentiam
deconficras. dist. 2. s. demptis qui-
busdam , quæ modo non sunt in
uso) à jure communi præscribitur,
& n. 12. Rubricatum, de defectibus
in ministerio ipso occurrentibus
expri-

UT SACRIFICIO. 169

exprimitur, & quod si transgreditio rigorosi pracepti iuris communis in materia gravi, nisi excusat parvitas materie. Hoc si Sacerdos bis sufficienti diligentia laveret huncum, in quod effusus erat sacer sanguis, tertiam letare omissem. Quia huc omissione leviter opponitur huius pracepti, qui est debita reverentia erga augustissimum Sacramentum. Hac igitur & similes Rubricæ, cum solèm sint directiva non inducunt obligacionem peccati. Econtra vero oblectitatem materie censetur esse veniale omittere Gloria vel Credo, item orationes, quæ Sacerdoti prescribuntur, dum induit vestes sacras, & aliae similes, quæ ob parvitatem materie à gravi excusant. Vid. Dian. p. 2. fr. 14. resol. 49. Laym. &c.

Item si emitteretur Gloria vel Credo, aut prece di-
ceatur dum induuntur, aut dicitur
similes Rubricæ quo-
rum trans-
gressionem
levitas ma-
terie à gra-
vi excusat,

C A P U T X I .

De violatione, pollutione, & ex-
secratione rei Sacra.

Quodam facta est mentio vio-
lationis, pollutionis, & ex-
secrationis, sciendum est primum,

H locum

170 DE EUCHARISTIA

Locus sacer locum sacrum pollui, violari, ac profanari, quando in eo exerce-
violetur aut profanetur.

A jure sta-
tuuntur
quinque
actiones,
locum sa-
crum, si pu-
blicæ fue-
rint, profa-
nentes,

locum sacrum pollui, violari, ac profanari, quando in eo exerce-
tur ~~z~~, ita repugnans locis san-
ctatis, ut propter illam iterum
debeat benedic. Sunt autem quiaq
ue actiones in jure Canonico exo-
pressæ, quibus (si non occultæ,
sed publicæ fuerint) locus sacer
polluitur. Et primò quidem per
homicidium mortaliter malum in
eo sacram, quando existentii ali-
mituon in loco sacro infertur vul-
nus, ex quo velibi vel alibi mo-
tiatur. Imò licet occiso non sit
injuriousa occiso; sufficit tamen
esse injuriousa sanctitati loci, ut
si quis se ipsum occidat, aus iudex
reo mortis supplicium inferat.
Secundò per mortaliter malam
sanguinis effusionem. Tertiò pec-
graviter malum semiq̄is humani
effusionem. Quartò per sepultu-
ram infidelis. Quintò per sepultu-
ram hominatim excommunicati,
aut notorii peregressoris Clerici,
quamvis hæc duæ posteriores a-
ctiones fortè sine peccato sint ex-
ercitæ. Non igitur polluitur per
sepulturam hominis heretici, nisi
sit nominatum denunciatus, ut
docet Laym. cum aliis, sicut nec
probabiliter per sepulturam in-
fantis

fantis non baptizati, cō q̄o d̄ bū
 jusmodi infantes nos cōfessantur cendum de
 propriē infideles, & p̄ prop̄ eī fidēm sepultura
 patentum videant̄ posse com- infantis
 putari inter fidēles. Praterquam non baptis
 quod multi Authores loquentes zati.
 de sepultura infidelis nou bapti-
 zati, nos loquuntur de sepultura
 infantis non baptizati. Contraria
 tamen sententia ob authoring. An quando
 tēm Doctorum est probabilior. Ecclesia est
 Adde quod polluta Ecclesia et profanata,
 iam sicut polluta Altaria illius etiam Al-
 fixa, immē & cōmēterium ad- taria & cō-
 hārens ipsi. Sciēndū secundō cōsebitus
 locum sacrum, Altaria, Veste sa. pollutionis,
 etis, & cōsecrari, quando ita de- Res sacrae
 struuntur, ut dēnudō debeant con- cōrationes
 secrari. Qued sit, quando per sui exēcūtōres,
 destrūctionem, formam & usum
 p̄dūnt. Sic exēcātur Ecclesia,
 quando mūri Ecclesiæ vei ex toto,
 vel ex majori parte simili combu-
 tuntur, aut destruuntur, non au-
 tem si solum tectum destruuntur,
 nam consecratio est in parietibus
 Altaria si fixa fuerint exēcātan-
 tur per Ecclesiæ pollutionem. U-
 traque tam fixa, quam mobilia
 exēctantur, quando ita frangun-
 tur, ut non m̄ nec tulla patiātē-
 gra sufficiens ad recipiendum Ca-

DE EUCH. ET SACRUM. 174

Primum Al.
tare exse-
eratum per
Practi nem
Sepulchri.

Neem & Potenam ; non autem ex-
seerantur probabilitet per fra-
ctionē sepulchri. Quia nullo jure
probatur necessitas imponendi
reliquias Altaribus , dum conso-
lerantur ; quod vel maximē verum
est in Altaribus mobilibus , in
quibus saltem per consuetudinem
derogatum est Juribus illam ne-
cessitatem inservantibus.

Vid. Liger. l. 3. tv. s. 1.

z Lugo. &c;c.

D I N I S



Index



Index rerum & verborum, quæ hoc Libello continentur.

A

ASORBĒRE syllabas sub Hocis Canoniceis , ~~an~~
& qualiter culpabile. pag. 13. **AMEN** BS , se-
mifatu , surdi & muri ad ad Communionem ad-
mittendi. p. 37. **APPLICATIO MISSÆ** quibus,
& qualiter facienda. p. 148. & seqq. **ATTENTIO**
quotuplex , & qualis in recitatione Horarum ad-
liberi debeat. p. 25. & seqq.

B

BONI Sacerdotis Missa an præferenda Missæ malis
Sacerdotis. p. 135. & seq. **BREVIA RIO** Romæ
no an licitum sit iis Clericis uti , qui iducentis annis
ante const. Pii V. alio Breviario usi sunt. p. 16.

C

CEREMONIAS Missæ negligendo qualiter pe-
cetur. p. 159. & seqq. **CASUS** sive lapsus Ho-
stie aut particula sub distributione Communionis ,
de eo varia documenta practica. p. 114. & seqq.
CAUSA excusantes à divino Officio. p. 30. Ciborijs
purificatio qualiter facienda. p. 216. Clericus jam
soprâ horâ veniens ad chorum quid faciet. p. 15.
COMEDERE an licitum statim à Communione.
p. 99. **CONFESSIO** mortalium an necessariò præ-
mittenda Communioni. p. 88. Quid si dubitet de
peccato mortali. p. 89. **COMMUNICATURUM**
H. 3 qualis

I N D E X

qualis necessitas excusat à Confessione mortaliure
Communioni præmitienda. p. 93. & seqq.

D

DE VOTIO actualis utrum sub Communione se-
quisita. p. 139.

E

EUCHARISTIA in quo consistat, ut est Sacra-
mentum, & in quo, ut est Sacrificium. p. 37. U-
nitas specifica & numerica Sacramenti Euch., unde
desumenda. p. 43 EUCH., quæ materia, quæ forma,
44 & se q. Quid si dubitet sub somptione Calicis,
sueritne vinum an acetum. p. 118. Verba forma
nimis aliè pronuncians an peccet. p. 48. Quid si
eadem historicè solam ac materialiter ex privato
errore pronunciaverit, an idcirco habendus seru-
pulus. p. 60 EUCH. an causet gratiam toto eo
tempore, quo durant species. p. 60. Qui, illius Mi-
nister, & an Minister à suscipiente necessariò di-
stinctus. p. 62 & seqq. Ad licentiam Euch. dispen-
sationem quæ requisita. p. 63 An Euch. clam in finu
ad infirmos deterrit posset. p. 67 & seq. Item an in
Ecclesia cum lumine asservanda. p. 73 A QUIBUS
& quando sumenda, & in specie quando à pueris
aut pueris. p. 78 & seqq. EXSEGRARI rem sa-
cram quid sit, & quæ ratione exsecratur. p. 172.
Exspueat statim à Communione an licitum. p. 99.

F

FRUCTUS Sacrificii quadruplex, Varia practica
de fructu Sacrificii. p. 141. & seq.

G

GLAUDIUM aut alia arma gestans an Commu-
nionem adire possit. p. 99. Generalissimus &
localis significans Sacrificii, vide fructus Sacrifi-
cii.

H

I N D E X.

S

HORA CANONICA quid sint, & cur alio nomine dicantur Officium Ecclesiasticum aut Breviarium p. 1 Quinam ad illas obligati p. 2, An secunda juxta Breviarium Romanum, item quo tempore, ordine, loco, corpori sru dicenda. p. 15 & seqq. **H**OSTIA plures consecranda an ponenda necessariis super Altare ante Offertorium, p. 56, & seq.

I

JEJUNIUM ad quale ad Communioem requisitum p. 102. Varii casus in quibus non violatur naturale jejenum Ibid & seq. Quid si dubites an concederis aliquid die Communiois vel post duodecimam noctis quadrupliciter p. 104 **N**ON JEJUNO quando licitum communicare p. 105. Ubi varia de Sacerdote, qui sub sacro resonatur se non esse jejunum, aut post sumptum ablutionem reperit in Patena Corporalis particulas sive fragmenta sui vel alieni Sacrificii, vel in Patena, dum suam hostiam ostest, advertit particulas, de quibus dubitat, sintne fragmenta hostie a priore Sacerdote consecratæ aliquaque practica pro periculo incendiis, aut irreverentiaz ab Hæreticis sacræ Hostie inferenda &c Ibid & seqq. **I**MMEMOR, se dix. Se aliquam Horam, quid faciet, p. 32. Interrupcio Horarum ad qualiteratione licita p. 14 & seq.

L

LOCUS sacer quomodo profanetur. p. 169. & seq. **L**OTIO Corporalis aut Purificatoris a quo facienda. p. 166. Lotio manuum ante & post sacram an necessariis addicenda. p. 165.

M M.

I N D E X.

M

MACULA , vel alia corporis immunditia an Communionem impeditat. p. 98 MATERIA Consecrationis utrum debeat esse præsens & per intentionem consecrantis determinata. p. 53. Quid si per errorem plures essent hostiæ , quam sacerdos opinaretur , aut ante Consecrationem oblitus esset aperire Ciborium. p. 56. Quid de guttis vini, quæ Calici, aut micis panis, quæ hostiæ adhærent, dicendum p. 55. Modus recitandi Horas ostenditur. p. 12. & seqq.

N

NEO SACERDOTES , hoc est, noviter ordinati, quæ ratione pronunciebunt cum Episcopo overba Consecrationis. p. 137. & seqq.

O

OMITTENS unam Horam etiam minorem quanto cum peccet. p. 10. OFFICIUM defunctorum an sub obligatione sit dicendum in die animarum, item an pridie post Matutinum recitari possit p. 17. Quid sentiendum de Litaniis , quæ in festo S. Marci, & Rogationum diebus dicuntur. Ibid. OMITTENS Horas ad quid obligetur. p. 31. & seqq. Quid si semel aut bis in anno omittat. p. 33.

P

PARTICULÆ Hostiarum. V. Jejunium. In particulis Hostiæ colligendis qualis requiratur diligentia. p. 116. Peccata venialia utrum Communio nem impedian. p. 89. Pollui locum sacrum , quid sit, & quæ rations polluatus sive violetur. p. 170 & seqq.

I N D E X.

seq. Praxis evandi distractioines sub recitatione
Horarum. p. 29 Adde ibid. post lit. X. &c. Item,
littera H.

Q

QUANTUS honor & laus acribescat Deo ex Sac-
rificio novæ Legis. p. 134. QUINAM cum
Sacerdote aliquomodo faernicare sententiā habet
Ibid & seq.

R

RECITANS Horas cum foelo quid observabia-
t p. 12 Item an privatim recitans teneatur te-
movere. p. 14. Religiosus quid licet circa dispensa-
tionem Eucharistie. p. 74. Quid si daretur absque
jurisdictione p. 123. Recitatio fructum ab omis-
tente Horas qualiter & cui facienda p. 35 & seq.
Rubrica quid sit p. 160. & seq. Quia ex illis gra-
viter aut leviter obligent ibid. & p. seq. Et quae
non obligent p. 164

S

SACER Sanguis quomodo sumendas. p. 121. Be-
dem casu estuso quid faciendum. p. 120. & seq.
SACERDOS more laico communicans an peccet
omittendo stolam p. 85. Quid si celebraverit in
necessitate sine confessione mortalium an quame-
primum conficeretur. p. 98. & seqq. Quid si
dubitet se omisisse aliquis ad Missam pertinens.
p. 128. Aut per eironem loco vini consecratisse
aqua p. 107 SACRIFICIUM in genere quid
sit, & quam aptè novæ Legis sacrificio competit
ratio Sacrificii Latreutici Eucharistici Propitiatorii
& Imperiatorii p. 126. Quia ratione per catego-
ries

I N D E X.

nias Missa ratio quadruplicis Sacrificii exprimitur, p. 129. Sacrificii nova Legis essentia utrum habeatur in consecratione unius speciei, p. 127. **S I-
PENDIUM** Missa quo titulo detur varia & valde
practica de stipendio Missae, p. 140. **SYNCOPA** si-
ne vocum omissione sub recitatione Horarum an &
qualiter culpabilis, p. 12. &c seqq.

7

T E M P U S, quo Horæ Canonice recitanda. V.
Horæ Canon. Item, quo Sacrum celebrare licitum. Vid Rubric. Uno eodemque die an licitum
sepius celebrare, p. 140. An die Nativitatis qui-
vis tenetur tres Missas celebrare, vel audire, ibid,
& p. seq.

8

V O M I T U S an die Communionis ex easu necesa-
ritatis hincè possit procurari, p. 100. Quid si
vomitus hac ipsa die fuerit præter intentionem, ibid.
Usus rei veneræ licitus, aut illicitos an impediatis
Communionem, p. 103.



D IX.
plain Seminarij
egressus anno
anno fccit. 1715. 15
anno anno 1715
anno 1715. 15
anno anno 1715.

er. Gomme sind
n, qui intercedit
no edenq; huius
q; q; huius q;
edent; videlicet

monitionis et eius
propositus p. 100. (q;
monitionis et
eius dicitur in opere

monitionis et eius
propositus p. 100. (q;

TR
BE


Natur

mon

De l'
CL

Qua

C
Kapit



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

